



# Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskeres Bibliotek

**Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online**

**Danskernes Historie Online** er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

## **Støt vores arbejde – Bliv sponsor**

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

## **Ophavsret**

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

## **Links**

Slægtsforskernes Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

# ÁRNI MAGNUSSONS LEVNED OG SKRIFTER

UDGIVET AF

KOMMISSIONEN FOR  
DET ARNAMAGNÆANSKE LEGAT

ANDET BIND  
SKRIFTER



---

GYLDENDALSKE BOGHANDEL — NORDISK FORLAG  
KØBENHAVN MCMXXX

**ANDET BIND: SKRIFTER**

# ÁRNI MAGNUSSONS LEVNED OG SKRIFTER

UDGIVET AF

KOMMISSIONEN FOR  
DET ARNAMAGNÆANSKE LEGAT

ANDET BIND  
SKRIFTER



---

GYLDENDALSKE BOGHANDEL — NORDISK FORLAG  
KØBENHAVN MCMXXX

# ARÆ MULTISCI LIBER ISLANDORUM.

AM 365, 4°

## PROLOGUS

Islandorum librum in gratiam episcoporum nostrorum Thorlacii et Ketilli primum scripsi, eumque iis et Sæmundo sacerdoti videndum exhibui. Cumque liber iste iis placeret, aut augeri posse videretur, hunc de eadem materia<sup>1</sup> conscripsi, præter genealogias et regum vitas; adjecique illa, de quibus postea certior factus sum, qvæ in præsenti opere luculentius qvam in priori tractantur. Quicquid autem his relationibus jam tradatur, ea his præferre par est, qvæ veriora esse comprobari poterunt.

Halfdanus albipes Uplandorum rex, filius Olavi lignarii Svecorum regis, pater erat Eysteini pedoris, patris Halfdani largi et ciborum tenacis, patris Godrodi aucupis, patris Halfdani nigri, patris Haraldi pulchricomi, qvi primus in illa familia totius Norvegiae monarcha factus est.<sup>2</sup>

In hoc codice continentur capitula:

De Islandiæ occupatione <sup>3</sup>	1
De occupatoribus Islandiæ et legum constitutione	2
De comitiorum constitutione	3
De computo anni (anni ratione <sup>4</sup> )	4

<sup>1</sup> Disse 3 ord er understregede og i marginen skrevet: eadem methodo forsitan; udenfor den isl. tekst: so er mitt of far ɔ: vesen, ad giøra sier far ad þvi; i den nedre rand: ad fara vel, illa, vitrlega, ðdruvis enn adrer ad þvi eda þvi. På en tilklæbet seddel findes: fyr utan ættar tolo (ɔ: Landnama skrifed) oc conunga ɔvi (ɔ: Noregs historiuna) qvæ ante hunc libellum scriperat. <sup>2</sup> Udenfor dette sidste i den isl. tekst: alludit forte ad Norum (.). Sæningus Halogiam solam rexisse videtur. <sup>3</sup> Først skr. inhabitatione, men occ. skr. over. <sup>4</sup> Dette er en variant.

- 5            De quadripartita (Islandiæ) divisione  
 6            De occupatione<sup>1</sup> Grónlandiæ  
 7            De initis religionis<sup>2</sup> christianæ in Islandia  
 8            De episcopis extraneis  
 9            De Isleifo episcopo  
 10          De Gissuro episcopo.

### INCIPIT LIBELLUS ISLANDORUM

Islandia a Norvegis primum habitari coepit diebus Haraldi pulchricomi, filii Halfdani nigri, tempore qvo Ivarus filius Ragnari Lodbrochi sanctum Edmendum Anglorum regem interfici curavit, ex Titi nutricii mei, filii Isleifi episcopi, viri, qvem sapientissimum novi, Thorchilli gelleri filii, patrui mei, viri rerum diu ante gestarum<sup>3</sup> memoris, ac Thordæ Snorronis Toparchæ filiæ, feminæ multarum rerum gnaræ et veracis sententia et supputatione;<sup>4</sup> contigit autem cædes Edmundi annis a nativitate Christi octingentis septuaginta, prout in illius vita traditur.

Ingolfus vir qvidam Norvegus nomine fuit, qvem e Norvegia in Islandiam primâ vice trajecisse anno ætatis Haraldi pulchricomi decimo sexto vere traditum est. Secundâ vero vice, paucis abinde annis, hic prædium australis Islandiæ Reykiarvik inhabavit. Ad orientem litoris Minthakseyri, ubi regionem primum ingressus est, Ingolfi promontorium dicitur, ad occidentem vero fluvii Olfossa, ubi territorium sibi postea assignavit, Ingolfi mons appellatur. Eo tempore Islandia inter montes et litora sylvis vestita fuit, viri que Christani, qvos Norvegi Papas dicunt, heic tum fuerunt, qvi ethnicis cohabitare nolentes, postea abierunt, relicts<sup>5</sup> libris Hibernicis, nolis ac baculis, unde Hibernos natione fuisse colligi potuit. Permulti autem e Norvegia huc trajecerunt, donec rex Haraldus id fieri vetaret, cum Norvegiam non parum desolari videret;<sup>6</sup> contraxerunt itaque, ut unus quisque, nisi speciali gratia exceptus, qvi e Norvegia huc trajiceret, regi qvinque öiras solveret. Traditur autem regem Haraldum septuaginta

<sup>1</sup> Først skr. inhabitacione. <sup>2</sup> Over l. varianten: (De) introductione og Islandiam; i randen: introitu. <sup>3</sup> Ved den isl. tekstu: retro. <sup>4</sup> Disse ord skr. o. l. <sup>5</sup> Her ved den isl. tekstu: ɔ: casu reliqverunt. <sup>6</sup> Til dette ved den isl. tekstu: þat nemur ecki því (so miklu) ɔ: ridur ei á því.

annos regnasse, ac octoginta annis vixisse. Talia initia habuit vectigal, qvod nunc litoreum dicitur. Illud autem nunc majori nunc minori pecunia solvebatur, usqvedum Olaus crassus lege statueret, ut unusqvisqve, qvi inter Norvegiam et Islandiam trai-  
ceret, regi dimidiam marcam penderet, fæminis, virisqve speciale privilegium habentibus tantum exceptis. Hæc Thorchillus Gel-  
leri filius nobis retulit.

(II) Hrollóigus filius Rognvaldi comitis Mórensis territorium orientalis Islandiæ Sido incoluit, unde Sidensis familia ortum duxit.

Chetilbiornus Chetilli filius, natione Norvegus, prædium Mos-  
fell superius, in australi Islandiâ situm, inhabitavit, ex eo Mos-  
fellenses descenderunt.

Oidis Chetilli simi Baronis Norvegi filia, territorium occiden-  
talis Islandiæ Breidafjord occupavit, illi Breidfiordenses ortum debent.

Helgo macer vir Norvegus filius Eyvindi orientalis, territori-  
um Borealis Islandiæ Eyafjord occupavit, ex eo Eyfiordensis familia descendit.

Islandiâ autem magnâ ex parte cultâ, vir qvidam Norvegus nomine Ulfliotus e Norvegiâ leges huc primum transvexit, uti Titus hæc nobis retulit. Hæ leges Ulflioti dictæ sunt. Ulfliotus pater erat Gunnari, qvi familie Diupdalensium in territorio Eyfiordensi ortum dedit. Dictæ autem leges ad tenorem legum Gulathingensium prout tunc erant magnam partem conformatae sunt, præter ea qvæ Thorleifus sapiens, filius Hordacari addi, auferri vel immutari voluit. Ulfliotus in territorio orientalis Islandiæ Lon vixit, cuius collectaneus fuisse dicitur Grimus Aigocephalus,<sup>1</sup> qvi anteqvam comitiis anniversariis locus assignaretur, Ulflioti consilio totam Islandiam peragravit ac pro eo labore a singulis hujus insulæ incolis singulos nummos accepit, qvam pecuniam fanis postea addixit.<sup>2</sup>

(III) Comitiis Ulflioti omniumqve incolarum consilio locus as-  
signatus est ubi nunc celebrantur, antea vero in territorio Kial-  
nesensi conventus habebatur, qvem Thorsteinus Ingolfi illius, qvi inter cæteros Islandiam occupavit, filius, pater Thorchilli

<sup>1</sup> I randen Capriceps Plin. <sup>2</sup> Først skr. dicavit.

manæ nomophylacis, primatesque illi adhærentes<sup>1</sup> ibi celebrarunt. Cæterum vir qvidam, fundi Blascogensis possessor, ob servi vel liberti occultam cædem exul factus est, nomine Thorerus crispobarbus, illius vero ex filia nepos Thorvaldus crispobarbus dictus est, qvi postea in orientalem insulæ partem se conferens fratrem suum Gunnarum ibi incendio absumpsit. Hæc Hallus Oraichiæ filius nobis enarravit. Occiso Kolu no-men erat, unde terræ hiatus, in qvo cadavera inventa sunt, Koli hiatus hucusqve dicitur. Dictum territorium communi omnium possessioni postea cessit, incolarum consensu, usui eorum qvi comitia adeunt, assignatum, unde omnibus ea freqventantibus ligna usibus suis necessaria in sylva ibidem excidere, equosqve suos in montanis pascere licet. Hæc ex Ulfhedini relatione habemus. Tradunt eruditi Islandiam sexaginta annorum tempore undiqvaqve habitatam fuisse, ac exinde habitationum ulteriorum numerum non admisisse. Circa idem tempus Rafnus Haingi, Islandiæ occupatorum unius, filius Ulflioto in munere nomophylacis successit, qvo per viginti æstates fungebatur, hic in territorio Rangaensi natus erat. Contigit hoc annis à cæde regis Edmundi sexaginta, uno vel duobus annis ante obitum Haraldi pulchricomi, prout supputant eruditi. Thorarinus Ragonis frater filius Oleifi Hialtonis post Rafnum nomophylacis officium suscep-tit, eoqve per viginti æstates functus est, hic in territorio Borgfiordensi natus erat.

#### CAP. IIII

Eodem tempore sequentia gesta sunt. Sapientissimi hujus insulæ incolæ binas anni (solaris) partes e trecentis (sexaginta) quatuor diebus confecerant, qvi dierum numerus qvinqvaginta duas efficit hebdomades, menses vero duodecim, singulos triginta noctibus constantes, ac præterea qvatuor residuos dies. Postea autem e cursu solis observarunt, æstatis initium ad vernale tempus retro ferri, nemo vero eos docere novit, binas anni partes ultra integras hebdomadas diem unicum justa mensurâ continere, cujus defectus hoc causabatur. Thorsteinus fuscus vir qvidam, e tractu Breidfiordensi oriundus, nomine fuit, filius Halsteini, filii Thorolfi Mostrobarbi, unius ex Islandiæ occupatoribus, quem

<sup>1</sup> I randen: se aggregantes.

Halsteino peperarat Osca, Thorsteini ruffi filia. Hic per somnum visus est sibi in causarum agendarum loco versari, magnâ præsente hominum turbâ, qvorum singuli dormitarunt, solo illo vigilante; deinde cæteris omnibus excitatis, se ipsum obdormire credidit. Hoc illius somnium Osvifus Helgonis filius, Thorchilli gelleri avus maternus, hoc modo exposuit, omnes scilicet ei, in causarum agendarum loco verba facienti, cum silentio auscultaturos,<sup>1</sup> sermoniqve illius cum dicendi finem faceret, approbaturos<sup>2</sup> esse, uterque autem eorum valde sapiens erat. Postea vero, congregatis ad Comitia incolis, in causarum agendarum loco consilium iniit Thorsteinus, ut septimo<sup>3</sup> cuivis anno una adderetur septimana, si forte hoc modo temporum confusio vitari posset. Omnes vero, ut prædixerat Osvifus, ad hoc illius monitum cum applausu evigilarunt, adeo ut Thorchilli manæ, aliorumque sapientum consiliis illud pro lege statim receptum esset, ceterum qvis annus, qvi non est bisextilis, accurate computando dies habet trecentos (sexaginta) qvinqve, (cum bisextilis unicum plus habeat), nostro<sup>4</sup> vero computo qvatuor dies. Si itaque septimo<sup>5</sup> cuique nostri<sup>4</sup> computi anno septimana adjiciatur, alter vero computus nullo augeatur, utriusque computi sexennium æqve multos dies continet, ubi vero inter annos adaugendos bini anni bisextiles interveniunt, sexto<sup>6</sup> qvovis anno hanc septimanam addere oportet.

## CAP. V

Inter Thordum gellerum, filium Oleifi feilani virum Breidfiordensem, et Oddum, qvi Oddus de Tungu dictus est, controversiae forenses emerserunt, Oddus Borgfiordensis erat, ejus filius Thorvaldus Hænsathorero ad cremandum in prædio Ornolfsdal Thorchillum Blundketilli filium opem tulit. Thordus vero gellerus primarius causæ actor erat, cum Hersteinus filius Thorchilli, Blundketilli filii, in matrimonio haberet Thorunnam filiam Gunnari et Helgæ, sororis Theodori gelleri, sororem Jofridis uxoris Thorsteini Egilli filii. Accusati autem sunt in conventu

<sup>1</sup> Udfor isl. tekst: þogn varþa nescio an islandicum. <sup>2</sup> Ovf. l. som v. l. til applausuros. <sup>3</sup> I randen: ut puto sexto. <sup>4</sup> Over l. for antiquo, antiqui.

<sup>5</sup> I randen: ɔ: sexto. <sup>6</sup> Under l. ɔ: qvinto.

Borgfiordensium ubi Thingnes (Forensis Lingula) exinde dicitur. Illius enim temporis leges jubebant, ut causæ de homicidiis in illo conventu agerentur, qvi loco, in qvo homicidium committeretur, proximus esset. Illi vero in dicto conventu conflixerunt adeo ut judicia legitime peragi non possent. Ibi e Theodori<sup>1</sup> gelleri seqvacibus cecidit Thorolfus vulpes frater Alfi Dalensis, deinde eadem causa in comitiis agebatur, ubi denuo conflixerunt, cecideruntqve e sociis Oddi aliquot viri. Hænsathorero etiam exilii pæna imponebatur, qvi cum pluribus combustionis peractæ sociis postea occisus est. Tunc Theodorus<sup>1</sup> gellerus in causarum agendarum loco sermone habitu monstravit, qvam molestum esset de homicidiis, aliisve injuriis in alienis præfecturis causas agere; exposuitqve quantum laborem pertulisset anteqvam hanc causam ad legitimum finem perseqvi potuisse; dixitqve varia inde eventura damna nisi huic malo obviam iretur. Deinde insula in qvatuor partes divisa est partiumqve singulæ in tres conventus, ubi incolæ qviqve in suo conventu causas mutuo agerent et defenderent, excepta parte Boreali, qvæ in qvatuor conventus divisa est, cum incolæ alio non contenti essent. Nolebant enim conventum in territorio Eyfjordensi constitutum freqventare, qvi Boream propiores erant, nec in Scagfiordensi territorio situm conventum, qvi occidentem proprius habitarunt: ea tamen lege, ut ex hac insulæ parte æqve multi ac ex cæteris ad judicia in comitiis admitterentur. Postea vero in qvavis Islandiæ qvarta parte generales conventus constituti sunt, referente id nobis nomophylace Ulfhedino Gunnari filio. Thorarino Ragi fratri in legum dicendarum munere successit Thorchillus mano, filius Thorsteini Ingolfi filii, illudqve officium qvindecim æstatibus administravit, post illum Thorgeirus de Liosavatni, Thorchilli filius, per septemdecim æstates nomophylacis officio fungebatur.

## CAP. VI

Terra qvæ Grónlandia dicitur ab Islandis inventa et inhabita est. Ericus ruffus vir qvidam Breidfiordensis nomine fuit, qvi ex Islandia regionem illam advectus, territorium occupavit, ubi Erici sinus exinde nuncupatur. Hic regioni nomen dedit ac

<sup>1</sup> Her har AM glemt at rette til Thordi.

Gronlandiam (o: terram viridem) vocitavit, dicens nomen regionis, si pulchrum esset, alios forte illuc trahere<sup>1</sup> posse. Ericus cum suis humanarum habitationum vestigia tam in orientali qvam in occidentali regionis plagâ invenit, nec non dedolatorum assamentorum fragmenta et res ex lapide factas,<sup>2</sup> unde colli poterat similem nationem hanc terram peragrasse illi qvæ Vinlandiam olim incoluit, qvales homines Gronlandi Screlingos (o: errores) vocant. Cœpit autem Ericus dictam regionem inhabitare qvatuordecim vel qvindecim annis ante religionem Christianam in Islandiâ receptam, prout Thorchillo Gelleri filio in Grónlandia retulit is, qvi Erico ruffo illuc comes fuerat.

### CAP. VII

Rex<sup>3</sup> Olaus filius Tryggvonis, filii Olai, filii Haraldi pulchri-comi, Norvegiam et Islandiam ad Christianam religionem convertit, hic in Islandiam sacerdotem qvendam nomine Thangbrandum ablegavit, qvi<sup>4</sup> Christi nomen hic prædicavit, omnes-qve fidem suscipientes baptizavit. Hallus autem de Sido, Thorsteini filius, Hialto Scheggonis filius de Thiorsardal, et Gissurus albus filius Titi, filii Ketilbiorni de Mosfelli, multiqve alii insulæ primates baptismum statim susceperunt, multo vero plures erant, qvi religione Christianæ contradixerunt, eamqve suscipere abnuerunt. Cæterum Thangbrandus, cum unum duosve annos hic transegisset, abiit, occisis prius duobus vel tribus viris, qvi de eo illusoria pepigerant carmina. In Norvegiam itaqve regressus, regi Olao omnia qvæ hic pertulerat retulit, addiditqve se vix credere fidem Christianam hic aliquando receptum iri. Rex his ad iram excitatus, nostrates in Norvegia degentes eapropter luxari vel occidi jussit. Eadem vero æstate hinc in Norvegiam transfretarunt Gissurus et Hialto, ac pro iis a rege pacem impetrarunt, promittentes suum in promovendâ denuo apud Islandiæ incolas religione Christianâ auxilium, qvo illos ad Christum perduci posse se sperare dixerunt. Proxima æstate, sumpto secum sacer-

<sup>1</sup> I randen: illicero. <sup>2</sup> Over l. over opera lapicidarum; i randen: cultros forsitan vel secures lapideas. <sup>3</sup> Til det i isl. tekst stående rex skr. AM i randen: scribe konongr. <sup>4</sup> Til det isl. oc skr. AM: genuinum est, nempe het Pangbrandr og kendi licet minus elegans sit.

dote nomine Thormodo e Norvegia in Islandiam revertentes, ad Insulas Vestmannenses salvis rebus<sup>1</sup> pervenerunt, cum decem æstatis septimanæ fluxissent, prout Titus eum sibi narrasse dixit, qvi ipse præsens fuerat. Proxima autem præcedente æstate legibus mandatum fuerat ut cum decem fluxissent æstatis septimanæ, Comitia freqventarentur, cum integrâ prius septimanâ eo usqve freqventari consvevissent. Gissurus cum Hialtone suisqve assecilis continentem sine mora advectus, ad Comitia properavit postqvam a Hialtone impetraverat ut una cum undecim viris Lóigardali remaneret. Proxima enim æstate ob cantatum de Diis ludibrium in Comitiis exul factus fuerat; causa vero erat, qvod in causarum agendarum loco carmen hoc cecinisset:

Nolo Diis (Deo) convitia dicere  
Pro nihilo (tamen) æstimo Freyam.

Profectus autem est Gissurus cum suis donec in locum qven-dam stagno Olfossvatn propinqvum, nomine Vellankatla, veniret. Inde missis nunciis amicos suos in Comitiis constitutos ro-gavit, ut sibi in auxilium occurrerent; audiverat enim inimicos suos se a loco Comitiorum armis arcere velle; prius autem qvam e dicto loco abiret Gissurus, Hialto cum relictis apud se sociis aderat. Deinde postqvam cognati eorum et amici ex petitione illorum iis obviam venerant, ad Comitia junctim eqvitarunt. Ethnici vero armati se congregarunt, nec multum abfuit<sup>2</sup> ut mu-tuo confligerent. Postero die Gissurus et Hialto causarum agen-darum locum accesserunt, ibiqve negotia expedienda exposue-runt. Traduntur autem mire facundum protulisse sermonem, inde autem factum est, ut Ethnici et Christiani, unus post alte-rum, testibus adhibitis, societatem mutuam publice abdicarent, ac deinde e causarum agendarum loco discederent. Tum Christiani Hallum de Sido rogarunt, ut leges sibi servandas publi-caret. Ille vero hoc munere se eo modo levavit, ut Thorgeirum nomophylacem, tunc adhuc ethnicum, ad id pretio dato con-

<sup>1</sup> Ved den isl. tekst skr. AM: NB nu seigia menn þeim forst vel, hvernig forst yekur, s i n e ad. <sup>2</sup> På et blad skr. AM: þad sier eigi upp á milli hver af þessum tveimur muni vinna. seigia menn nu. hin formula loqvendi er ei bruukanleg.

duceret. Cumque omnes in tabernas se recepissent, Thorgeirus corpus togâ involvens se ad quietem declinavit, talique habitu toto illo die nocteque sequente tacitus jacuit. Crastina luce surgens singulos ad causarum agendarum locum convocari fecit, quo cum ventum esset, sermone habito dixit se commune rei publicæ nostræ malum prævidere, si populus diversis uteretur legibus adstantesque multum rogavit, ut hoc fieri non permetterent, alias tantas inde discordias, ac ex iis tam atroces pugnas inter homines indubie emersuras, ut insula vastaretur. Narravit etiam Norvegiæ et Daniæ reges inimicitias et prælia diu olim conseruisse, donec utriusque regni incolæ, illis invitatis, pacem contraherent, inde vero factum est, ut paulo post, magnifica dona sibi invicem mitterent, mutuamque pacem usque ad mortem colerent. Consultum itaque, ait Thorgeirus, mihi videtur, ut illis, qui maxime sibi invicem adversantur rerum habenas non concedamus, sed potius inter eos litem hoc modo dirimamus, ut utriusque parti aliquid ex voluntate cedat, omnesque iisdem legibus et moribus vivamus, diversas enim leges pacis violationem seqvi, rerum eventus probabit. Cum vero dicendi finem fecisset Thorgeirus, singuli leges, quas promulgatus esset, seqvi promiserunt. Tum legibus mandatum est, ut singuli hujus religionis incolæ, antea non baptizati, religionem Christianam ac Baptismum susciperent,<sup>1</sup> de infantum vero expositione, carniumque eqvinarum esu, veteres starent leges, liceretque diis, si placeret, occulte sacrificare, qui vero hoc fecisse testibus compromiri posset, exilio poenam subiret. Paucis vero abinde annis ethnici illi mores, cum aliis, abrogati sunt. Religionem Christianam hac ratione in Islandia susceptam esse Titus nobis retulit. Eadem vero æstate, ex relatione Sæmundi sacerdotis, cæsus est Olaus Tryggvonis filius, cum contra Suenonem Haraldi filium Danorum regem, Olafum Suecum, filium Erici Upsalensis Suecorum regis, ac Ericum Haqvini filium, qui postea Norvegiæ comes factus est, pugnaret, haec autem annis a cæde Edmundi centum triginta, a nativitate vero Christi, ex computo vulgari, millenis gesta sunt.

<sup>1</sup> I margin: longe aliter Nialssaga.

## CAP. VIII

Hæc sunt nomina episcoporum peregrinorum, qui referente Tito<sup>1</sup> hic in Islandia fuerunt: Fridericus incolis adhuc gentilibus huc venit, postea vero seqentes hic degebant: Bernhardus eruditus quinqve annis, Colus paucis annis, Rudolphus novemdecim annis, Johannes Hibernus paucis annis, Bernhardus novemdecim annis, Henricus duobus annis, quinqve præterea alii huc venerunt, qui episcopi titulo gloriati sunt: Arnulfus, Godescalcus et tres Armenii, Petrus, Abrahamus et Stephanus. Thorgeiro in nomophylacis munere successit Grimus de Mosfelli Svertingi filius, quo per duas æstates functus est. Cum vero rauca ei esset loquela, veniam impetravit ut Scapto Thoroddi filius, suus e sorore nepos, dictum munus susciperet. Scapto itaque per viginti septem æstates nomophylax erat, hic de quinto judicio legem tulit. Vetuit etiam, ne quis occisor alium quam se ipsum pro homicida venditaret, cum de hac re similes ac in Norvegia leges antea hic essent. Illius tempore multi primates, magnatesque potentia illius severoque regimine compulsi, ob homicidia vel pugnas a se patrata exules et extores facti sunt. Obiit vero Scapto anno quo cecidit Olaus crassus, filius Haraldi filii Godrodi, filii Biorni, filii Haraldi pulchricomi, nempe triginta annis post coësum Olaum Tryggyonis filium. Scaptioni proximus munere nomophylacis per tres æstates fungebatur Steinus Thorgesti filius, post Steinum Thorchillus Tiörvonis filius per viginti æstates, cui succedens Gellerus Bolverchi filius novem æstatibus hoc officium sustinuit.

## CAP. IX

Isleifus Gissuri albi filius, tempore Haraldi Norvegiæ regis, filii Sigurdi, filii Halfdani, filii Sigurdi hrisæ, filii Haraldi pulchricomi in episcopum consecratus est. Cum vero hujus terræ primates majorisque nominis viri viderent Isleifum cæteris hujus terræ sacerdotibus multum præstare, permulti filios suos ei erudiendos tradiderunt ac in sacerdotes consecrari fecerunt, quorum duo ad episcopalem dignitatem postea pervenerunt. Collus<sup>2</sup> scilicet episcopus in Norvegia Vichensis et Johannes episcopus

<sup>1</sup> Her har AM skr. o. l. (T)eito. <sup>2</sup> Udfør isl.: corr. Colr.

Holensis. Isleifo tres erant filii, qvorum singuli in egregios viros evaserunt, Gissurus scilicet episcopus, Titus sacerdos pater Halli, et Thorvaldus. Titus apud Hallum de Hóicadal, virum inter hujus terræ laicos omnium testimonio largissimum ac bono spectatissimum, educatus est. Ego qvoqve septennis ad Hallum educandus veni, uno anno post obitum Gelleri Thorchilli filii, avi mei paterni et nutricii, ubi qvatuor decim annos transegii. Gellero nomophylacis officium deponenti successit Gunnarus sapiens, munusqve hoc per tres æstates administravit. Post eum hoc officio per sex æstates fungebatur Colbeinus Flosonis filius. Æstate qva Colbeinus nomophylacis officium suscepit rex Haraldus in Anglia cecidit. Tum Gellerus hoc munus iterum suscipiens ei per tres æstates præfuit. Hinc Gunnarus iterum una æstate, ac deinde Sighvatus Surto et sorore Colbeini natus per octo æstates. Illis diebus Saimundus Sigfusi filius ex austro, Francia scilicet, huc in Islandiam venit, ac postea in sacerdotem consecratus est. Isleifus in episcopum ordinatus est annos natus qvinqaginta, tempore Leonis Papæ septimi, proximamqve hyemem in Norvegia transegit ac deinde huc trajecit. Is Scalholtiæ mortuus est, cum ex relatione Titi, nos hæc docentis, in totum viginti qvatuor annis episcopus fuisse, Die scilicet Dominica, sex noctibus post festum Petri et Pauli, octoginta annis a cæde Olai Tryggvonis filii. Tunc ego annorum duodecim una cum Tito nutrício meo ibidem fui. Hallus vero vir praeteritorum memor et verax, qvi et se baptizari recordatus est, nobis retulit Thangbrandum se triennem baptizasse, uno anno anteqvam religio Christiana publice heic susciperetur. Hallus cum triginta esset annorum, rem familiarem procurare cœpit, Hoicadaliqve sexaginta qvatuor<sup>1</sup> annis habitavit, ac annos natus nonaginta qvatuor obiit, festo divi Martini episcopi anno a morte Isleifi episcopi decimo.

#### CAP. X

Gissurus episcopus Isleifi filius ex petitione incolarum in episcopum ordinatus est, tempore regis Olai Haraldi filii, duobus ab obitu Isleifi annis, qvorum unum hic in Islandia transegit, alterum vero in Gothia. Tum temporis autem proprium illius nomen erat Gisrodus, uti ipse nos docuit. Sighvato proximus nomo-

<sup>1</sup> Rettet fra tribus.

phylax factus est Marcus Scheggonis filius munusqve hoc suscep-  
pit, cum Gissurus uno anno heic in Islandia fuisset, ac viginti  
qvatuor æstatibus administravit. Ex illius relatione omnium no-  
mophylacum, ante nostram memoriam viventium, series in hoc  
libro scripta est. Ille vero e Thorarino fratre suo, Scheggone  
utriusqve patre, ac pluribus sapientibus de iis, qvi ante illius  
memoriam vixerant, edoctus fuerat, prout retulerat Bernhardus  
sapiens Marci et Thorarini avus paternus, qvi Thorarinem nomo-  
phylacem sexqve seqventes recordatus est. Gissurus episcopus  
præ cæteris omnibus, qvos hanc terram incoluisse constat, à  
conterraneis diligebatur. Ex amore, qvo omnes illum proseqve-  
bantur, svasuqve illius et Sæmundi ac consilio Marci nomophy-  
lacis legibus insertum est, ut singuli omnes possessiones suas,  
sive mobiles sive immobiles, numerarent, æstimarent, recteqve  
æstimatas esse juramento confirmarent, ac deinde decimas ex  
iis solverent. Inde facile judicari potest qvantum obseqvii viro  
illi incolæ præstiterint, qvod apud eos tantum potuerit, ut ex  
omnibus in Islandia possessionibus, ipsaqve insula, juramento  
adhibito æstimatis, decimæ solverentur, legibusqve mandaretur,  
ut hic mos dum Islandia habitaretur vigeret. Gissurus episco-  
pus lege etiam constituit ut sedes episcopi Islandæ Scalholtiæ  
esset, cum antea nullibi fixam habuisset, cui prædium Scal-  
holtense aliasqve varii generis tam mobiles qvam immobiles  
divitias dicavit. Cum vero hæc sedes satis locuples esse ei vide-  
retur, ex Borealis Islandæ incolarum petitionibus ultra qvartam  
diœcesis suæ partem sibi abdicavit, ut duas potius qvam unam  
episcopales sedes Islandia haberet, prius autem hujus regionis  
colonos numerari fecerat, habuitqve pars orientalis integros sep-  
tingentos, australis mille, occidentalis nongentos, borealis vero  
mille ducentos. Hoc autem numero exclusi fuerunt, qvi tributum,  
alendis in comitiis judicibus destinatum, per totam Islandiam  
solvere non debebant. Ulfhedinus Gunnari sapientis filius post  
Marcum per novem æstates nomophylax fuit, illi proximus Berg-  
thorus Hrafni filius per sex æstates, tum Gudmundus Thorgeiri  
filius per duodecim æstátes.<sup>1</sup> Prima æstate qva Bergthorus no-

<sup>1</sup> Ordene vi en þa—xij sumor er satte i klammer og i randen skr.: hæc  
annum 1120 excedunt et posterius addita sunt ab aliquo.

mophylacis officio fungebatur, nova constitutio facta est; scilicet ut leges nostræ proxime inseqvente hyeme, apud Haflidum Mari filium in libro scriberentur, prout Bergthorus, aliiqve sapientes viri, ad hoc officium delecti, dictarent; qvi de novo omnia constituerent, qvæ veteribus legibus utiliora esse viderentur, illaque in loco judiciorum æstate proxima recitarentur, ac pro legibus haberentur ea, qvibus major hominum pars non contradiceret. Satis factum est hoc mandato, tumqve lex Vigsodi multaque alia legum statuta scripta sunt, qvæ æstate proxima a sacerdotibus in loco judiciorum recitabantur, omnibus consensum addentibus, nemineqve contra dicente. Prima præterea æstate qva Bergthorus nomophylacis officium sustinuit Gissurus episcopus morbo impeditus, comitia freqventare non potuit, amicos itaque suos primatesqve ibi constitutos per nuncium rogavit, ut a Thorlaco, filio Runolphi, filii Thorleici, fratris Halli de Hóicadal peterent, ut se in episcopum ordinari pateretur. Omnes vero Gissuri petitis satisfecerunt, ac a Thorlaco hoc impetrarunt eō qvod Gissurus eum de hac re sæpius antea sollicitasset. Eadem æstate Thorlacus ex Islandia peregre abiit, episcopiqve officio decoratus proxima æstate rediit. Gissurus cum annorum esset quadraginta, in episcopum ordinatus est tempore Gregorii Papæ septimi, proximam vero a consecratione sua hyemem in Dania transegit, ac æstate inseqvente huc in Islandiam trajecit. Cumqve adinstar patris sui viginti qvatuor annis episcopus fuisset, Johannes Ogmundi filius primus ad sedem Holensem episcopus ordinatus est, anno ætatis suæ qvinqvagesimo quarto. Duodecim abinde annis, cum Gissurus annis in totum triginta sex episcopus fuisse, Thorlacus in episcopum consecratus est, qvem Gissurus, se adhuc vivo, ad sedem Scalholtensem ordinari fecit, annos natum triginta duos. Post triginta exinde noctes, feria tertia qvinto calendas Junii Gissurus episcopus obiit. Eodem anno ante mortem Gissuri episcopi obierunt Paschalis Papa secundus, Baldwinus rex Hierosolymæ, Arnaldus patriarcha Hierosolymitanus, et Philippus Svecorum rex, postea vero eadem æstate Alexius Graecorum rex, cum Constantinopoli triginta octo annis rex sedisset. Post duos exinde annos Cyli convenerunt,<sup>1</sup> cum Eysteinus et Sigurdus post mortuum patrem suum Magnum, filium Olai, Ha-

<sup>1</sup> Som var. hertil: cyclorum conjunctio eller concursus (fuit glemt).

raldi filii septem decim annis Norvegiæ reges fuissent. Tum a cæde Olai Tryggvonis filii centum viginti fluxerant anni, a cæde vero Edmundi Anglorum regis ducenti qvinqaginta, ab obitu autem Gregorii papæ, qvi Angliam ad Christianam religionem convertit, anni, prout vulgo traditur, qvingenti sedecim. Obiit vero Gregorius anno regni Focæ imperatoris secundo, annis a nativitate Christi sexcentis qvatuor, ex computo vulgari; qvæ annorum summa, si conjungatur, mille centum et viginti annos in se continet. Hic liber iste desinit.

Hoc stemma est et genealogia episcoporum Islandorum.

Ketilbiornus, Islandiæ occupatorum unus, qvi prædium australis<sup>1</sup> Islandiæ Mosfell superius incoluit, pater erat Teiti, patris Gissuri albi, patris Isleifi, primi Scalholtensis episcopi, patris Gissuri episcopi.

Hrollóigus Islandiæ occupatorum unus, qvi prædium Breidabolstad in australis Islandiæ territorio, Sido dicto, situm incoluit, pater erat Ossuri, patris Thordisæ, matris Halli de Sido, patris Egilli, patris Thorgerdis, matris Johannis primi Holensis episcopi.

Oidis occupantium Islandiam una, qvæ prædium Hvamm in occidentalis Islandiæ territorio Breidfiordensi situm inhabitavit, mater erat Thorsteini ruffi, patris Oleifi feilani, patris Thordi gelleri, patris Thorhildis riupæ, matris Thordi hippocephali, patris Carlsefnonis, patris Snorronis, pâtris Halfridis, matris Thorlaci, qvi nunc Scalholti episcopus est, Gissuro proximus.

Helgo macer, occupatorum Islandiæ unus, qvi prædium Christnes in borealis Islandiæ territorio Eyfiordensi situm inhabitavit, pater erat Helgæ, matris Enari, patris Eyolfi Valgerdis filii, patris Gudmundi, patris Eyolfi, patris Thorsteini, patris Ketilli, qvi Johanni proximus, Holis episcopus hodie residet.

Hæc<sup>2</sup> sunt nomina majorum Ynglingorum et Breidfiordensium.

- |                                  |  |
|----------------------------------|--|
| Yngvo Turcarum <sup>3</sup> rex. | 4. Fiolnerus apud Frothonem pacificum mortuus. |
| 2. Niordus Svecorum rex.         |  |
| 3. Freyus.                       | 5. Svegderus.                                  |

<sup>1</sup> Udfør isl. tekst: non seqvitur similis n. phrasis in reliqvis occurrit.  
<sup>2</sup> Det følgende med Árnis egen hånd. <sup>3</sup> Ved den isl. tekst: Tracum rex vide i hoc þeirre er Landnamu fragmentid er i. de Tira. vide Cellarii lexicon in voce Turca. Der findes mere om dette folk i randen af henvisninger.

- |  |  |
|--|--|
| 6. Vanlandus.                              | 26. Godrodus.  |
| 7. Visburus.                               | 27. Olafus.  |
| 8. Domaldus.                               | 28. Helgo.   |
| 9. Domarus.                                | 29. Ingialdus Sigurdi Ragnari<br>Lodbrochi filii ex filia ne-<br>pos.  |
| 10. Dyggvo.                                | 30. Oleifus albus.   |
| 11. Dagus.                                 | 31. Thorsteinus ruffus.  |
| 12. Alrecus.                               | 32. Oleifus feilanus qvi primus<br>ex hac prosapia in Islandia<br>habitavit.                                 |
| 13. Agno.                                  | 33. Thordus gellerus.  |
| 14. Yngvo.                                 | 34. Eyolfus in senectute suâ<br>baptizatus cum religio Chri-<br>stiana in Islandia recipere-<br>tur.         |
| 15. Jorundus.                              |  |
| 16. Onus annosus.                          | 35. Thorchillus.   |
| 17. Egillus.                               | 36. Gellerus pater Thorchilli,<br>Brandi et Thorgils patris<br>mei, <sup>1</sup> ego autem Aro nomi-<br>nor. |
| 18. Ottarus Vendilensium cor-<br>nix.      |  |
| 19. Adislus Upsalensis.                    |  |
| 20. Eysteinus.                             |  |
| 21. Yngvarus.                              |  |
| 22. Onundus viarum reparator.              |  |
| 23. Ingialdus scelestus.                   |  |
| 24. Olafus lignator.                       |  |
| 25. Halfdanus albipes Uplan-<br>dorum rex. |  |


<sup>1</sup> Árni har ikke indset den rigtige sammenhæng her, der er denne:

Gellir  
 |  
 Porkell. Porgils  
 | |  
 Brandr Ari.  
 oc efter Porkels er urigt. f. f(qður).

## AM. 364<sup>4º</sup>

Medal höfdingia Iislands sem lærder voru og vigder til presta á dögum Gissurar biskups, telur Kristindomssaga Ara froda, pag. 24.

Eg trui hann hafi seted ad Stad á Snæfellznesi.  
Porgils prestur, sonur hans, var ad visu á Stad (obiit 1170, secundum annales). Are sterki, sonur þessa Porgils, og sonarson Ara froda, atti part i Þingnesinga godordi, og eignadist sidan þann part Pordur Sturluson er atti Helgu dottur Ara sterka. Mun Ari frodi hafa átt þenna part?



Geller for utan og var med Magnuse kongi goda og þá af honum sœmder.

<sup>a</sup> Druknadi ungr á Breidasfirde med öllum sinum skipverium. <sup>β</sup> 1170  
<sup>ø</sup> Porgils prestr Arason Annæles.

Gellir bio a Helgafelli til elle og liet þar byggia virdulega kirkju. Arnor Jarlaskalld hefr ort erfidrapu eptir Gellir.

Í ðelli sinne<sup>1</sup> for Gellir af Islandi til Noregs, þadan geck hann sudur til Roms, og sokti heim enn helga Petur, og dvaldizt leingi í þeirri ferd. Kom síðan sunnan í Danmork, tok þar sott og lá leinge, andadizt þar kristilega, og hvilir í Roiskelldu.

Porkell sonr hans tók þá vid Helgafelle, mesta nytmenne og manna frodaztur.

1025 for Geller Porkelsson til Noregs i stad fodur sins Porkels Eyolfssonar. 1026 sende Olafr helge hann til Islandz i kóngs erendum.

1027 for hann aptur til Noregs.

### OLAFS SAGA HELGA

Hier af siest, ad Geller er fæddur miklu fyrr en Laxdœla saga seger, likast hann sie fæddur 1005, ecke epter 1006. Fyrr enn 18 vetrasynest eige ad Geller hafi hæfr vered til utansendingar, verdr hann þá fæddur 1007. Í annalibus regiis stendr hann sie dáenn 1073, ætatis 65, ecketi hverium reikninge hann verdur fæddr Anno 1008. Laxdœlasaga er full med parachronismos, og kemst ekkert heim epter henne. Hun vill lata Geller vera fæddan hier um 1012, ecketi einne sinne hypothesi. Enn þegar menn giæta ad alldri Bolla Bollasonar, þá verdr Geller ennú miklu yngri. Porkils fader Ara hefr druknad seinast á árenu 1066 ecketi þad Are var getenn. 1067 eda 68 hefur Geller teked til sín orphanum Ara, sonarson sinn, og hefr hann, öefad, vered hia honum nockra vetur, fyrist hann kallar hann fostra sinn.

Þegar Geller fór síðarst utan (circa 1070 eda 71), ef þad er satt sem Laxdœlasaga þar um seiger, þá hefr Porkell Gellisson staded fyrir buenu á Helgafelle, þar til látt Gellis frettizt til Islandz 1073 eda 74. Sidan for Are i Haukadal.

Íslendingabokina, þá fyrstu, hefur Areskrifad post annum 1122,<sup>2</sup>

<sup>1</sup> Þad verdr 1070 eda 71, því á skemre tima kunni hann ecki til Roms ad komast og aptur til Danmarkar, *tf. i randen.* <sup>2</sup> Disse 3 ord er over- og understregede og derover a anbragt og også i randen.

fyrst hann syndi hana Katle biskupe sem vigdest á sögdu áre 1122.

Pesse sem vær nu höfum er yngri, þó eigi yngri en so, ad Are hefur hana (so vel sem biskupa aettartölurnar aptan vid hana) giört ante annum 1133, því á þessu are (1133) dóu Porlakr biskup og Sæmundr frode, hvad Are eigi nefner i sinne bók Ecki helldr nefner hann Magnús biskup eda getur hans i genealogiis, hvad ed er teikn ad pesse sidsta Islendingabok er elldri enn biskupsdomur hans, hann vígdist 1134, so er þá recentius additamentum þad sem i bokinne seigest um hve leinge Gudmundur hafdi lögðogn, hvers lögðogn endast anno 1134. Are mun alleina hafa nefnt Gudmund enn einnhver sidan sett in margine eda ofan fyrir línumne pesse ord XII sumor. og þad so sidann komid inni textann. Are kynni sialfur hafa annoterad þetta á sidari tímum (epter bókina utgeingna) á sínu exemplari. Þó er þar um óvist hver þad giört hafi. Enn audvitad, ad þad er additamentum og þætti mier likast ad pesse Islendingabók være giörd hier um 1130. β)

a) corrigere: circa annum 1120. Sídan hefr bokin hiá hónum latiterad nockur ár inedita in vulgus, partil Ketill var ordin biskup á Hólum (þad skiede 1122) og kannske hafde biskup vered nockur ár, þá hefur hann bókina sýnt Porlake og Katle biskupum. Og med því þeim þótti hún of fámælt um eitt og annad, þá locupleterade hann hana, en bihellt methodo hinnar fyrre, og liet þessa síðare endast eins og hina 1120.

β) 1130 eda einu eda mest tveimur árum síðar. Noregs konunga sögur Ara sýnast nád hafa til dauda Sigurdar Jórsalafara 1130. Ad visu hefur Are ritad hinn mesta hlut hans konungdóms. Enn hann nefner þessa sína konungaævi í pessum Íslandz bæklinge, so sem allareidu ferduga. Þad er likast, ad Are hafi lagt ultimam manum á konungaæfena og Islendingabókin a item genealogias um sama bil, nefnelega 1130, 31, eda í þad síðarsta 1132. Ad visu ante annum 1133. Anno 1130 var Are 63 ára, og var þad þá tid, ad convasera res suas og búast vid daudanum.

Ad Ari sie fæddur 1067 vitnar Snorri in præfatione Chronicorum

Norvegici. Nú kemur þad ei vel yfir eins med því sem Are seig-est hafa vered 12 vетra vid gróft Ísleifs biskups 1080, því hann verdr eptir þessum reikninge þá 13. vетra. Hier til kynni svar-ast, ad Are hefdi taled suos annos completos (nefnelega 1079 var hann fullra 12 ára), og ecki reiknad þad sem yfir hafdi, fyrr enn iafnleingden kom og bætt so einu áre þá vid, og skyldde þá præsupponerast, ad Are være fæddur eptir Alþing. og so ecki reiknad sig ad vera 13 vетra fyrr enn eptir Alþing 1080, eda um hausted. Petta kynni ad visu láta sig heyra. Enn þegar menn gá ad, hvernig Are reiknar annum ætatis suæ septimum, þá fellr þetta af sier sialfu, og ecki ætla eg neiner hafi so alldur sinn i þann tíma reiknad. helldur eptir jolanottinne ad eg hygg, iafnvel þótt Hákonar konungs decision þar um sie yngri. So er þá annadhvert, ad Are hefr hier misreiknad, eda og, (hvad lík-ara er) hier á ad lesast XIII fyrir XII,<sup>1</sup> og þad ætla eg óefad so vera.

Seigiast kynni og ad Snorri hefdi misreiknad og være Are fæddr 1068. Enn öllum annalum ber saman um 67. So greider og hier ur annus obitus Gelleri þá Are var 6. vетra efter sialfs hans reikningi. Er so ei efande ad hann er fæddr 1067 eins og Snorri seiger, og ber þá öllu saman ef menn lesa XIII fyrir XII, qvod et faciendum, nisi obstaret Kristindomssaga, qvæ XII si-militer habet, et nisi obstaret præfatio Snorronis, qvæ similiter XII habet, et Appendix Landnamu in Bibliotheca Resenii; forte est mendum antiquum derivatum in omnes libros et leg. XIII.<sup>2</sup>

Ad Are frode hefur ei continuerad Íslendingabókina leingra enn til 1120, enn skrifad hana þó circa 1130 eda nockru fyrri, mun hafa þá orsök, ad hann hefur ei viliad skrifa um turbas Porgils Oddasonar og Haflida Mássonar, og annad því likt sem vid bar post 1120 til hans skriftar tíðar, viventibus iis qvi talia gesserant.

Id forte ex parte in causâ fuit. Annars synest sem su fyrre editio Íslendingabókarinnar sie af Ara ritud circa 1120. Vid hveria Are hefr sidan ecki annad giört enn locupleterad hana.

<sup>1</sup> I randen: XII vетra hefur annars Kristindómssaga. imò Snorri Stur-luson i præfat. XII. <sup>2</sup> Fra et Appendix senere tilføjet.

og því hefur hann þessa síðare edition láted endast eins og hina fyrre. Hann seigest hafa skrifad þessa of et sama far sem hina, kannske þád eige ad heita de iisdem rebus. Svo er mitt of far seiger Eigill Skallagr. s. Aldarfarsbók Beda prestz er (nisi fallor) de ratione temporum.

## IN ARÆ MULTISCII LIBRUM ISLANDORUM NOTÆ ET PRIMO AD INSCRIPTIONEM

ÍSLENDINGABOC] Inscriptionem ita immutare placuit, qvam cum editione manuscripta omnia talem habent, Schedæ Ara prestz frōda ab illo, qvi hunc libellum ē membranâ primus exscripsit, sine dubio effectam, cum auctor ipse alteram illam qvasi digito monstret, ubi in prologo ait: Scrifaþa ec pessa, scilicet Íslendingaboc, o: Hunc, sc. Islandorum librum conscripsi: Et titulus ipsi operi talis præfixus: Incipit libellus Islandorum omnem eximat dubitationem. Qvis vero præsentis operis auctor sit, investigare non est arduum, cum Snorro Sturlæus aliiqve multa hinc desumpta Aræ multiscio adscribant, ipseqve in appendix calce nomen suum tradat, qvæ qvamvis ad hoc opus non pertineat, eo tamen fine annexa fuisse videtur, ut de auctore certius constaret. Primum autem Islandiæ historicum eum nominare ausus sum, Snorronis auctoritate fultus. Has primas doctissimus Petrus Claudiæ pastor in Norvegiâ Undalinus Aræ nostro auferre, ac Isleifo primo Islandiæ episcopo tribuere nititur, ubi Descript. Norv. pag. 167 in hanc sententiam scribit: Prima<sup>1</sup> qvæ apud Islandos invenitur historia ab Isleifo, primo circa an. Chr. 1057 in Islandia episcopo Scalholensi mortuoqve an. 1080, ut creditur, conscripta, agit de Haraldo pulchri-como ejusqve filiis et successoribus usqve ad regem Magnum S. Olai filium. Ille autem in chronicô suo eorum nomina, qvi usqve ad illius tempora ē Norvegiâ in Islandiam habitationes trans-tulerant, comitatus eorum, territoriaqve ab iis occupata, nec non

<sup>1</sup> Herfra og til annotavit understreget (som citat).

sinus, fluvios, freta, angulos maris, scopulos marinos, promontoria, rupes, saxa, montes, valles, campos, prata, planities, prædia, aliaque loca, ab illis qvi ea primi inhabitarunt, occuparunt, aut res alias inibi gesserunt, denominata, accurate annotavit. Et superius pag. 158: »In chronico Norvegico, qvod Isleifum episcopum Scalholtensem conscripsisse dicitur, de Islandiae inhabitatione, territoriorumqve occupatione, ubi scilicet qvisqve insulam incolere cœpit locisqve a se occupatis et inhabitatis nomina indidit, prolixe agitur«.

Hic anteqvam investigavero, Isleifus an Aræ prior scripserit nec ne, initio dispiciendum qvalis hoc loco historia intelligatur: Fateor qvidem ægre ullam inyeniri cui tam vasta descriptio accurate conveniat, ex ipsius tamen Undalini Descript. Norveg. Olai Tryggvonii vitam heic indigitari colligo. Occurrit ibidem prolixa relatio de Sigmundo Bresteri filio, viro Færeyensi, descripta ut pag. 143 ait Undalinus in Chronico magno Norvegiæ; allegatur insuper pag. 155 ex eodem Chronico Norvegico, æra inhabitatæ Islandiæ, qvæ utraqve, ut et plurima de Islandiæ inventione, occupatione, conversione et cæteris, pag. 154 seqq. usqve ad 166 à dicto Undalino adducta, cum ex memoratâ Olai Tryggvonii vitâ ad verbum fere desumpta esse videam, qvorum in ulla alia historia Norvegica vix mentio incidit, sæpedictam Olai Tryggvonii vitam illi ad manum fuisse, ac ab eo, sub Chronicæ Norvegici nomine citari, indubie concludo. Ista Olai Tryggvonii vita ab Haraldo pulchricomo ubiqve initium sumit, Magniæ boni filii S. Olai et Haraldi Sigurdii tempora attingit, qvod cum allata ex Undalino chronicæ Isleifiani descriptione examussim convenient. In eadem etiam historia sedecim aut plures familiæ, qvæ ex Norvegia in Islandiam sedes transtulere, recensentur, locaqqe ab iis in Islandia occupata nominibus exprimuntur, qvo citatis locis, etiam si paulo magnificentius scriptis, Undalinum respexisse, tuto mihi persuadeo, qvamvis non dissimulem ultima illa, qvæ de dicto chronicæ pronunciat Libro originum Island. qvem doctissimus Arngrimus in Spec. Isl. parte priori ex Islandico latinum fecit, multo melius competere, velut ex utriusqve collatione patet: qvem tamen librum ab Undalino hic indigitari, credere prohibet ipsa ejus definitio,

unam saltem historiam et non plures tota describens, ac itaque, qvoad priorem sui partem citato Origg. Isl. libro neutiquam congrua. Qvanto autem tempore sæpedictæ Olai Tryggvonii vitæ, citato loco unice intellectæ, autor Isleifo sit inferior, ipse prodit, monasterii Kirkbæensis mentionem inibi faciendo, qvod secundum antedictos annales Regios, Flateyenses, Scalholtenses et chartaceos anno Christi 1186 primum fundatum est, centum et ultra post obitum Isleifi episcopi annis, ut taceam Snorronis Sturlæi, Magni Gissurii episcopi Scalholtensis, S. Guðmundi episcopi Holensis aliorumque seculo decimo tertio in Islandia viventium genealogias ibidem occurrentes, qvæ memoratae sæpius historiæ ætatem luculenter monstrant: Nec si de prædicto Originum Isl. libro locutus fuisset Undalinus, plus obtineret, ut pote qvem ducentis plus annis Isleifo recentiorem esse,clare satis arguunt genealogiæ ad annum fere 1300 demissæ, ut et pixidis nauticæ inibi, pag. 4 facta mentio; qvæ ubi et qvando inventa sit e Gvid. Pancirolli Rerum Memorab. sive Deperdit. Lib. II Tit. XI, ac Henrici Salmuth annexis notis addisci potest.<sup>1</sup> Undalino in adscribendis Isleifo operibus historicis suppetias tulisse video magni qvondam nominis historicum Andream Welleium, qvi Not. in Ad. Bremensis lib. II cap. 28 ita ait: Aliter<sup>2</sup> hæc (sc. conjugium Svenonis Daniæ regis et societatem cum Olaø Sveciæ rege) narrat dominus Islevus in chronicis suis Norvagicis, et aliter hæc acta commemorat Saxo Grammaticus. Et ad dicti libri cap. 29: Copiosius hoc bellum (Svoldrense, ubi cecidit Olaus Tryggvonius) descriptum est a Saxone nostro lib. 10, et copiosissime in historia Norvagica, qvam domino Islevo et domino Arvido (ɔ: Aræ multiscio) ascribunt. Hisce locis Welleium indigitasse puto chronicon illud Norvegicum, qvod postea anno 1594 Hafniæ excudi curavit M. Janus Martini pastor Slangerupius, qvi Welleii et Undalini erroneæ sententiæ subscribens, ad dictum chronicon ita præfatur: Præsens<sup>3</sup> inquit chronicon mihi communicatum est a viro nobili Haraldo Hvitfeldio de Odersberg, Daniæ Regni

<sup>1</sup> Der findes en streg over linjerne fra ordet pixidis og til annexis, der vistnok stammer fra Árni: efter det skulde sætningen fra ut et udgå. <sup>2</sup> Herfra og til ascribunt er betegnet som citat ved understregning. <sup>3</sup> Herfra til præstitisse er citatet betegnet på samme måde.

cancellario — qvod ex Isleifi episcopi scriptis aliisqve Norvegorum chronicis collectum et excerptum est, cuius opera parum liqvet: verisimile tamen est ecclesiasticum qvendam, aliumve doctum virum, temporibus, in qvibus chronicon hocce desinit, coævum, illum laborem præstisset. Hoc inqvam Slangerupii chronicon, anteqvam in publicum prodiret, Welleius apud Hvitfeldum videre potuit, ubi etiam pag. 39 seqq. ea, qvæ ex Isleifi chronico allegat plane inveniuntur, nempe ex iis qvæ in Snorronis chronicò Norv. pagg. 169, 176 seqq. habentur, ut inferius patet, desumpta, ut non leviter sibi imponi passus sit clarissimus Pontanus, dum prædicti chronici antiqvitatem Hist. Dan. p. 194 nimium extollit, dicendo qvod illius author Saxone<sup>1</sup> vix annis sexaginta fuerit posterior, utpote qvi annum circiter Christi MCCLX chronicon suum finiat. Rectius de eo judicat cæteris oculatior Wormius, in præfat. ad Snorronis Chron. Norv. illud scilicet e<sup>2</sup> Snorronis chronicò penitus desumptum esse, et qvidem post vulgatum typis Saxonem, utpote cujus auctoritatem pagg. 39, 68 allegat, ab imperitiore qvodam, lingvâ Danicâ hodierna e dicto chronicò compilatum, a qvo tamen uti laudatus Wormius ait in rebus alicujus momenti interdum discrepat, immo qvod pejus est, genuinum Snorronis textum non raro mutilat, corrumpt et adauget, hominumqve ac locorum nomina sæpius depravat, atqve ideo tale, qvali post alterum illud a Wormio editum antiqvitatum studiosi citra dispendium carere possunt. Asservantur præterea in Bibliotheca Academiæ Hafniensi bina vel plura chartacea mssta, res Norvegicas, lingvâ Danica<sup>3</sup> hodierna descriptas, continentia ex historici alicujus ni fallor (Wellei forte, Svaningii, aut Lyscandi) musæo, inter alia chartacea translata, hæc in fronte sui Isleifo et Aræ multiscio<sup>4</sup> adscribuntur, qvamvis revera sint e Snorronis Historia Norveg., aliisqve recentioribus congesta adversaria. Illa si obiter inspexerit Welleius inscriptione tam speciosa facile deceptum esse crediderim. Isleifum itidem inter historicos recenset Arngrimus, Specim. Island. p. 79, reliquos sine dubio secutus, cum ex patriis

<sup>1</sup> Saxone—finiat understreget. <sup>2</sup> e—esse ligel. <sup>3</sup> I randen er skr. De Islevi assertione de Longobardorum exitu vid. Lyscand. Slægtebog p. 268. <sup>4</sup> Efter dette ord og ned til crediderim findes en tværstreg gennem linjerne.

antiqvitatibus ne minimum qvidem hac de re habere potuerit. Similem tandem prædictis errorem erravit Messenius, Retors. impostur. Rosefont. p. 14, sub Jani minoris nomine ita scribens: Atqve<sup>1</sup> horum (poëtarum) nonnulli ordine non interpolato, numerosè multorum regum gesta cecinerunt, veluti Eyvinder pro-patrius Stenchiili Sveonum regis, Svecorum Gothorumqve regum catalogos a suo tempore usqve ad Frothonem primum Svecorum regem diligenter et continua serie recensuit, XXV potentissimos compræhendens Svecorum monarchas, atqve Arii (ɔ: Aras Multiscius) plurimos complexus Svecorum et Norvegorum reges, multis abhinc seculis; cujus annales, sicut etiam Eyvinderi, Is-lebus Norvegiæ episcopus, in unam rededit historiæ formam, sub primordio religionis Christianæ, qvam ex prisco Norvegiæ, xix ante annos M. Johannes Martinii Danus, pastor Slangerupensis in Danicum translatam sermonem typis Hafniensibus evulgavit. In multis hic labitur Messenius, qvorum singula redarguere, à proposito alienum est; ideoqve ingenti chronologicæ metamorphosi, heic propositæ, limatissimis Wormii verbis saltem medebor, qvæ in hac controversia omnium instar esse possunt, ea vero ex illius præfat. ad Snorronis Chronic. Norv. ita sonant: Hunc<sup>2</sup> (sc. librum de regibus Norvegiæ) qvidam ab Isleifo, qvi circa ann. 1057 primus in Islandia episcopus erat Scalholtensis, conscriptum esse autumant, qvod tamen vero minus consentaneum esse videtur, quum in præfatione ad S. Olai chronicon tradatur, Aram sacerdotem, qvi de Norvegia primus scripsisse perhibetur, duodecim annis majorem non fuisse cum obiret Isleifus episcopus Scalholtensis, ac consequenter conscribendis historiis inhabilem. Si vero Isleifus episcopus chronicon aliquod Norvegicum conscripsisset, Aram sacerdotem primum scripsisse, nullo jure diceretur, utpote qvi post Isleifum vixit, duodecim tantum annorum cum decederet Isleifus. In eadem etiam præfatione expresse dicitur, Titum Isleifi episcopi filium Aram multa docuisse, qvo opus non fuisset, si chronicon ab Isleifo confectum ante manus habuisset. Cæterum ut eo evidentius appareat, Isleifum episcopum, virum alias de patria sua præclarè meritum, nullo jure inter historicos numerari, tempus, qvo historiæ in

<sup>1</sup> Herfra til evulgavit citat. <sup>2</sup> Herfra til habuisset citat.

Islandia primum conscribi cœperunt, paucis ostendam, non qvod ignorem me Iliada, ut ajunt, post Homerum hic scribere, cum hanc materiam nobiliss. Thomas Bartholinus patronus meus, qvovis obseqvio dignus, Antiqvit. Danic. liber I cap. 11 ita tractaverit, ut omnem post se scripturis occasionem præripuerit, sed ut lector omnia, qvæ hujus loci sunt, uno obtutu inspicere qveat, præsertim cum historiarum etiam Norvegicarum, de qvibus huc usqve sermo fuit, primam cognitionem ab Islandis fluxisse, ipse Norvegus fateatur Theodricus Hist. Norv. cap. 1, ubi ait: Hunc<sup>1</sup> numerum annorum Domini, investigatum, prout diligentissime potuimus, ab illis, qvos nos vulgato nomine Islendingos vocamus, in hoc loco posuimus; Illas autem tempore Sancti Olai primum conscribi cœpisse à qvibusdam existimatum, ait Wormius in præfat. ad chron. Snorronis, qvam tamen sententiam ipse improbare videtur, et qvidem recte, utpote antiquitatibus plane contrariam; ita enim de hac re præfatio ad S. Olai vitam in Bibliothecâ Resenianâ :

Þat var meirr en cc. vetra tiræp Anni plusquam ducenti à pri  
er Island var bygt. aþr menn ma Islandiæ inhabitatione flux  
tæki her sogur at rita. erunt antequam historiæ hic  
conscribi inciperent.

Eadem verba ex dictæ S. Olai vitæ præfatione allegat Verelius, not. in Hervoræ Hist. p. 168, nisi qvod pro »cc. vetra tiræp« : ducenti anni, cc vetra tólfraðr,<sup>2</sup> æ: ducenti qvadraginta anni, legat, qvarum lectionum neutra rejici potest, cum annus tantum, ante qvem non cœperunt non vero ille qvo cœperunt, determinate hic ponatur, qvamvis ego, antelaudatum Bartholinum secutus, Verelianam pro correctiore habeam, cum verisimilius sit, præfationis hujus auctorem eum posuisse terminum, qvi historiarum scriptionis initia paucis annis, non vero dimidio seculo, aut ferè, præcessit; qvod, ut è seqventibus patebit, alias statuendum est; Islandiam enim anno Christi 874 inhabitari cœpisse, irrefragabili historicorum consensu inferius fusè probabo, à qvo tempore, si ducenti, ut vult Codex Resenianus, anni computen-

<sup>1</sup> Herfra til posuimus bet. som citat. <sup>2</sup> I randen: et ita fragmentum præfationis in vitam S. Olai, qvod ego possideo.

tur, ille, post qvem Islandi historias conscribere cœperunt, Christi erit millesimus septuagesimus quartus, Aræ multisci, qvem pri-  
mum scripsisse superius monstravi, ætatis septimus, à maturi-  
tate conscribendis historiis necessariâ nimis remotus. Si autem  
Verelii lectionem seqvamur, Islandiæ inhabitatæ annus ducen-  
tesimus quadragesimus in Christi incidit millesimum centesimum  
decimum quartum, qvi est Aræ multisci quadragesimus septimus;  
intra qvam ætatem, fide dignam historiam scribere vix potuit,  
qvi librorum adminiculo destitutus, ex aliorum saltem vivâ voce,  
scribenda discere necesse habuit. Qvod, si librum illum Islando-  
rum, qvem Thorlaco et Ketillo episcopis nuncupavit, primo ope-  
rum ejus conscriptum esse credere velimus uti ipse auctor in  
præsentis operis principio non leviter innuit, (nec verisimile,  
illum, omissâ patriâ, res externas primum explicuisse) iste ante  
annum Christi 1122 (qvo, ut mox dicetur, consecratus est Ketil-  
lus) prodire non potuit. Unde à dicto anno, aut proximè seqventi,  
Christi videlicet 1123, ætatis Aronis multisci qvinquagesimo  
sexto, historiarum Islandicarum prima initia ducenda esse, pro-  
babili conjectura inducor.

Hæc<sup>1</sup> tamen ita non intelligi volumus, qvæ nulli ante hunc  
annum in Islandia libri extiterint, cum vix verisimile sit Isleif-  
um, virum eruditum, alias literas docentem, et 24. annorum epi-  
scopum, et reliqvos doctos viros, . . .<sup>2</sup> annorum spatio nihil pe-  
nitus literis mandasse, sed qvæ ecclesiastica et theologica maxi-  
me respxisse credibile est; nec diffitendum legum Islandicarum  
codicem a° 1118 secundum nostrum p... conscriptum Aræ scrip-  
tis priorem fuisse, de historiis et antiqvitatibus hic saltem sermo  
est, qvæ Aras primus literis<sup>3</sup> mandasse à fide dignâ antiqvitate  
perhibetur.

### IN PROLOGUM AUCTORIS

Pag. 2. lin... seqq. Islendingaboc gorþa ec fyrst byscopum ɔrum  
Þorlaki oc Katli, oc syndac bępi þeim oc Sémundi præsti.] Periit  
maxima hujus operis pars, uti antea monui; cæterum Thorlacus,  
cujus heic mentio incidit, episcopus erat Scalholtensis, ordine

<sup>1</sup> Følgende til perhibetur på en seddel, der er renskrevet af Jón Ólafsson.

<sup>2</sup> Sål. hds. <sup>3</sup> Rettet fra literas.

tertius, consecratus anno Chr. 1118, die 28. Aprilis testibus auctore nostro pag. 64, Vitâ S. Jonæ episcopi Holensis, Historiâ introductæ in Islandiam relig. Christ., Appendice libri origg. Island. membranei, Chronico episcoporum Islandiæ, annalibus regiis, Flateyensibus et chartaceis: Obiit autem secundum mox citatos ternos annales et adhuc Scalholtenses ann. 1133, die ultimo Januarii, uti dictum episcoporum Islandiæ chronicon ac vetustissime calendarii fragmentum, antememorato computo regio annexum, verè tradunt, non vero die 1. Febru., ut vult Bibliothecæ Resenianæ antedictum calendarium. Nec magis morandum qvod sæpedictum episcopp. Isl. chronicon Thorlacum 1126 decessisse tradat, cum annorum Christi numerum omnibus aliis septennio minorem ubivis habeat, à recentiore qvodom, ut opinor, appositum, qvi initio forte in computando lapsus, isti fundamento erroneam in seqventibus chronologiam superstruxit, qvâ ne alii post hac seducantur, hæc obiter notare libuit. Hoc enim loco, ex ipso chronico, chronologiæ appositæ contrario, facile redargui potest, utpote qvod Magnum Enari filium, anno qvo decesserat Thorlacus, electum esse asserit, ac proxime seqventi in Norvegiā trajecisse, eo scilicet qvo Haraldus Gilli et Magnus postea cæcus in agro Fyrileifensi conflixerint, qvam pugnam anno 1134 stetisse, historiæ Norvegicæ vel minus gnaro plusqvam notum est.

Ketillus Holensis episcopus ordine secundus, anno ut in chronico magno Island., libro origg. Islandicæ. p. 180, appendice ejusdem libri Origg. Isl. membranei et Hist. religionis Christ. in Islandiam introductæ, p. 24, legimus, 1121 electus, secundum episcoporum Island. chronicon in Daniâ ordinatus est anno 1122 decem noctibus post (qvædam exemplaria habent ante) festum purificationis Mariæ. De anno consentiunt Annales regii, Flateyenses et chartacei. Illum autem anno 1145 obiisse tradunt dicti annales, et præter eos Reseniani et Scalholtenses die sexto Julii, uti ex sæpedicto episcoporum Island. chronico et Aræ multisci testimonio pag. . . . superius (in testimoniis authorum) ad ducto, adeo ut iterum mendo non careat Calendarium Resenia num, qvod illius obitum ad diem 7. Julii refert.

De Sæmundo sacerdote vide alibi.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Hermed sigtes der til Sæmunds Vita i AM 1029, 4º (trykt i Sæmundar Edda I 1787). Den er trykt her bagved.

Pag. . . lin. . . þa er scyllt at hava þat helldr er sanara reynist]  
 Similis est modestia et candor Theodrici Histor. Norveg. cap. 1  
 ubi ait: Istum numerum nullo modo volumus præjudicare certiori, si reperiri valet.

Pag. lin. . . Haralldz ens harfagra es fyrstr varþ þess kyns einn conungr at ollom Norvegi] Scilicet Haraldi majores, qvorum nomina noster heic recensuit, qvamvis nulli se superiori parerent, reguli magis qvam reges fuere, utpote pauculis tantum Norvegiæ territoriis dominantes. Tales in S. Olai vita smakonungar ɔ: exigui reges vel reguli, in eadem S. Olai, Ani sagittarii et Rolfi Gotricii vitis, fylkiskonungar ɔ: territoriorum reges ac in Haqvini Grandævi vita neskonungar ɔ: promontoriorum reges dicuntur, qvorum plures appellationes Stephanius not. in Saxonem p. 101 et Verelius not. in Hist. Gotrici et Rolfonis p. 87 depromunt, sed qvæ partim apud antiquos non occurrunt, partim non nisi in tributarios quadrant. Illum Norvegiæ statum polyarchicum, ab Haraldo pulchricomo in monarchiam redactum fuse perseqvitur Snorro in vitis regum Norvegicorum, et paucis complectitur S. Olai vita, cujus hæc sunt verba:

Haralldr hinn harfagri var kon- ungr yfir ollom Noregi langa sumir hofþo eitt fylki til forraþa en sumir nockvoro en alla þa tok Haralldr konungr af riki. sumir fello, sumir letō af konungdomi oc naþi engi maþr at bera konungsnafn nema hann einn.

Haraldus pulchricomus totius Norvegiæ rex longo tempore fu- it, prius vero multi reges ibi (singu- mul) erant, qvorum qvidam uni saltem territorio, qvidam ali- meira. en alla þa tok Haraldus qvanto majori ditioni præfue- konungr af riki. sumir fello, runt. Hos omnes rex Haraldus sumir flypoland fyrirhonom, en regno exuit, qvidam ceciderunt, sumir alii metu illius è Norvegiâ au- naþi engi maþr at bera konungsnafn nema hann einn. fugerunt, nonnulli regium im- perium deposuerunt, nemini que- præter illum solum regis titu- lum usurpare licuit.

Hæc S. Olai vita, cui iisdem prope modum verbis consentit Olai Tryggvonii vita et brevior adhuc Theodricus Hist. Norveg. cap. I, Hic, de Haraldo loqvitur, primum expulit omnes regulos et solus obtinuit regnum totius Norvegiæ. Ha-

raldi autem pulchricomi æram non uno modo tradunt antiqui, qvæ ut indigitari possit, ab inferiori ordiendum est. Theodricus Hist. suæ Norveg. cap. 19. S. Olaum regem post quindecim annorum imperium, anno 1029 occisum esse tradit, ac ante eum ordine retrogrado regnasse Svenonem atque Haqvinum comites duobus annis, et Ericum comitem 15 annis, qvâ ratione S. Olaus regnare cœpit 1014, Sveno et Haqvinus 1012, comes Ericus 997, qui et annus ex Theodrici mente Olai Tryggvonii regnum finiit, quem alias anno 1000 regnare desiisse unanimi consensu referunt omnes Islandorum annales, qui illius meminerunt. Dicti Olai regnum, Theodricus, Snorro, Olai Tryggvonii vita, S. Olai vita, Sæmundus apud historiæ suæ epitomatorem superius notatum, prolegomena ad vitam S. Olai in codice Flateyensi, et Oddus monachus, quinque annis computant, cuius regni primordia secundum Theodricum in ann. 992, secundum reliquos omnes in ann. 995 incident. Haqvini comitis imperium apud Theodricum 30 anni, apud Sæmundum, uti illius historiæ epitomator, et Oddus monachus, superius p. . . citatus, nobis suggerunt, triginta tres constituant, unde secundum utrumque ann. 962 regnum adiit. Novemdecim tantum annos ei tacite assignat Olai Tryggvonii vita, ubi Haraldum Grafeldum anno quo Bresterus Færeyensis cecidit, occisum esse ait, Olao Tryggvonio septimum ætatis annum agente, qui, ut ex toto historiæ contextu liquet, ipsissimus est annus Christi 976, quamvis eadem historia alio loco proximè præcedentem, ut mox dicetur, proferat, sibi ipsi more solito contraria. Dicto anno 976 Haraldum grafeldum occubuisse ac Haqvinum comitem regnare cœpsisse nec minus asserit Liber Origg. Island. p. 175, ubi hinc ad Isleifi episcopi consecrationem (qvæ absqve dubio in ann. 1056 incidit), annos numerat octoginta; in quem etiam annum cædem sæpedicti Grafeldi et Haqvini comitis regni initia referunt Genealogia regum Norvegiæ et Series regum Norvegiæ, (bina sunt Historiæ Norvegicæ compendia) uti ex illis indubie colligitur, quam et mentem Snorroni fuisse puto, etiamsi is nullum certum annorum numerum Haqvino adscribat. Viginti annis dictum Haqvinum solum regnasse volunt Prolegom. ad S. Olai vitam, adeo ut 975 ad sceptrum ascenderit, qui et Aræ multisciæ in suâ Hist. Norv. calculus fuisse videtur. Ubi

enim Oddus monachus pag. . . adductus eum imperio Haqvini 33 annos deditisse ait, ipse errasse videtur, eo deceptus qvod Aras, uti ex Snorronis loco p. . . allegato discimus, Haqvinum ditionem paternam, partem scilicet Norvegiae, tredecim annis ante cædem Grafeldi tenuisse tradiderit, ac itaqve, si superior valeat conjectura, 33 annis nempe ante et post Grafeldi necem in totum regnasse, qvam supputationem prolegomena antedicta disertis verbis præ se ferunt et Olai Tryggvonii vita, à se ipsa ut supra monui dissentiens, pressè seqvitur, ubi Haqvinum comitem à patris sui Sigurdi nece 33. annis regnasse ait, tredecim nempe vivo adhuc Grafeldo et viginti post illius cædem, secundum qvem computum dictæ historiæ, alias parum convenientem, ann. 975 regnare cœpit. Haraldo Grafeldo 12 annos Theodricus, novem Sæmundus, 15 Snorro et apud eundem Aras multiscius, loco p. . . allato, ac 12 prolegom. ad S. Olai vitam assignant; adeo ut ex Theodrici calculo 950, Sæmundi 953, Snorronis 961, Aræ 960, prolegomenorum 963 rex factus sit. Olai Tryggvonii vita et prædicta compendia de ætate Grafeldi sibi non satis constant; Compendia qvidem Haraldum pulchricomum ann. 925, uti mox uberioris monstrabo, mortuum esse volunt, post qvem Ericum duobus, et deinde Haqvinum Adelstani alumnum 26 annis regnum tenuisse perhibent, qvâ ratione annus cædis Haqvini, qvi est regni Grafeldi primus, fit Christi 953, unde ad annum 976, qvo, ut supra monui, comes Haqvinus secundum illa regnare cœpit et Grafeldus obiit, anni sunt 23, qvot Grafeldo nemo qvod sciāt umqvam attribuit. Causa autem cur Haqvinus Adelstani alumnus tanto temporis intervallo ab Haqvino comite separatur, est qvod dicta compendia in Haraldi pulchricomi, Erici et Haqvini regum annis computandis Sæmundi calculum, sibi per omnia conformem, in Haqvini vero comitis Aram et Snorronem, à Sæmundi chronologiâ multum diversos, secuta fuerint, nulla annorum Grafeldi habitâ ratione, qvippe qvorum numerum plenis verbis nusqvam profitentur. Olai vero Tryggvonii vita Grafel�um 15 annis sedisse ait, qvem, ut superius dictum, 975 et 976 obiisse sibi ipsi discors tradit, non minus in regni illius initiis fluctuans, qvæ, uti mox tetigi, in annum cædis Haqvini Adelst. alumni incident. Cecidisse autem Haqvinum ann. 963, si à supe-

riori calculus instituatur, dicta historia clarē indigitat, uti inferius elucescat; qvæ tamen sibi parum cohærens ubi comitis Haqvini necem, ann. 995 peractam, memorat, illum 25 annorum patrem Sigurdum amisisse ait, ac ab illius cæde 33 annis cum comitis titulo regnasse, obiisseque annos natum qvinqvaginta octo. Sigurdum vero comitem biennio post necem regis Haqvini cecidisse, ex Aræ multisci testimonii p... adductis, certum est, qvem et calculum Snorro ac dicta Olai Tr. vita approbant. His collatis, annus ætatis Haqvini comitis 25, et cædes Sigurdi, in annum 962 (qvi secundum priorem supputationem 965 occisus est) Haqvini Adelst. al. mors et initia regni Grafeldiani in annum 960 cadunt, regni vero Haqvini comitis primordia in ann. 975, uti supra memoratum; qvæ omnia ex Aræ multisci calculo, superius prolato, mutuata esse, luce magis radiat, cui 15 anni Grafeldo adscripti benè quadrant, cum altera illa computatio, dictæ historiæ magis conveniens, Haqvini scilicet necem ad 963, et Grafeldi ad 976 referens, non nisi 13 annos admittat. Haqvini Adelstani alumnum, Grafeldo proximè superiorem, 25 annis regnasse, et per consequens 925 regnum adiisse Theodricus tradit, qvem 26 annis post profligatum fratrem Ericum Norvegiæ præfuisse asserunt Sæmundus, Snorro, Olai Tryggv. vita, bina compendia antedicta et prolegom. ad vitam S. Olai, qvod et Áram multiscium in suâ hist. Norv. statuisse verisimile est; qvâ ratione Erici fuga, et Haqvini imperii initia, secundum Sæmundum et compendia in annum 927, Snorronem 935, prolegomena atqve Olai Tryggvonii vitæ saniorem calculum 937, ac secundum Aram eumqve in propriæ supputationis eversionem imitantem Olai Tr. vitam in annum 934 referuntur. Ericum triennio sedisse asserit Theodricus, cujus ergo imperium cœpit 922, qvinqve annis regnasse tradunt Sæmundus apud suum epitomatorem, et Egilli Scallagrimii vita, qvorum tres priores cum patre Pulchricomo regnasse intelligendum est; triennio enim ante obitum patris, illius consensu, solium ascendit, testantibus id Snorrone, Olai Tryg. vitâ, dictis binis compendiis, Egilli vitâ, S. Olai vitâ et pluribus, qvorum tamen qvatuor priores dictum triennium non Erici, sed Pulchricomi imperio vendicant; ac biennio tantum post mortuum patrem regnasse Ericum perhibent,

illum scilicet annum ei adscribentes qvo cum fratre Haqvino Adelstani alumno de Norvegiæ regno certavit, qvem S. Olai vita Haqvino assignat, eumqve 27 annis regnasse ait, qvod eodem recidit. Prolegomena vero antedicta illum minus rectè negligunt, ac Ericum toti Norvegiæ uno anno præfuisse tradunt, cui si alter ille addatur, mors Haraldi pulchricomi et Erici solius regni initia, secundum dicta prolegomena et Olai Tryggvonii vitam, in annum 935 incident, secundum Snorronem 933 ac secundum Sæmundi calculum 925, qvem prædicta Compendia seqvi superius attuli, qvamvis id ab iis minus accurate fiat cum asserant a morte Pulchricomi ad initium regni Haraldi Sigurdii (qvæ in ann. 1046 cadunt) annos effluxisse centum viginti duos, qva ratione si iis cum strictè agatur, Haraldi obitus in annum 924 refertur; qvales lapsus cum in dictis compendiis sæpius occurrant, illorum auctores Sæmundi calculum nihilo minus hic sectari voluisse, minus dubium evadit. Qvot annos Erico in sua historia adscripsit Aro multiscius, antiquitates silent, duobus vel tribus annis regnum ejus computasse ex eo colligitur, qvod Haraldum pulchricomum 931 vel 932 obiisse p... quasi fluctuans asserat; qvod si Olai Tryggv. vitæ calculum, de Haraldi ætate mox stabilendum, seqvi libeat, annus ætatis ejus octogesimus, qvem vitæ ultimum fuisse Aras p... credidit, in annum 932 cadit, ac eâ ratione Erico bini tantum anni cedunt, tres vero si Haraldus 931 mortuus statuatur, qvam sententiam Germani cujusdam præstigiatoris, nomine Magi, fabulosissima alias vita fovet, ubi ita ait:

Enn sva visar a i annalum, at Indicant annales Carolum im-Karl keisari toc riki i Saxlandi peratorem in Germania regnare i þann tima er Haralldr hinn cœpisse cum Haraldus pulchri-harfagri skipti riki meþ sonum comus regnum (Norvegiæ) inter sinum. oc Karl styrþi sinu riki filios suos divideret, regnumqve i VII ar oc XX oc hann væri suum viginti septem annis rexsvikinn oc innkastaþr af Her- isse, donec ab Heriberto prodi-berto. oc sva segir, at prim vetr-tiosē in carcerem conjiceretur. um eptir frafall Karls keisara Diciturqve Ulfliotum triennio kæmi Ulfliotr meþ log til Islandz. post mortem Caroli imperatoris Pa var Eirikr konungr bloþox or-leges in Islandiam invexisse;

þinn yfirkonungr bræþra sinna tum rex Ericus blodox (ɔ: cognata allra. Prim vetrum sifpar anda torum interfector) super omnes þiz Haralldr Harfagri. einum suos fratres regimen acceperat. vetri apr toc Hrafn Hængsson Post tres abinde annos obiit logsogn a Islandi.

Haraldus pulchricomus, uno autem prius anno Hrafnum Hængi filius nomophylacis officium in Islandia suscepere.

Binæ hic personæ confunduntur, Carolus scilicet crassus Germaniæ imperator, Ludovici Germaniæ regis filius, anno secundum Sigebertum, Reginonem, Frisingensem et Herm. contratum 881, secundum alios aliter, imperium nactus, mortuusque in paupertate ann. 888, testibus Mariano Scoto, Schafnaburgensi, Reginone, Frisingensi et Contracto prædictis, ac Carolus simplex, Ludovici balbi Franciæ regis filius, hic anno 898, uti in prædicto loco rectè supputatur, Franciæ, non Germaniæ regnum adeptus est, ex Reginonis, Odoranni et plurium testimoniis, cuius regni annus 27 et carceres ab Heriberto comite Veromandensi ei injecti, ex adducti loci sententia incident in ann. 925, qvamvis 25 tantum annos regnasse, ac anno 923 carceri inclusum esse, recutius tradant Chronicon magnum Belgicum et Odorannus. Captivitatem illius Regino et Sigebertus ad ann. 924 referunt, anno qve 925 in custodiâ mortuum esse Regino scribit, Flodoárdó contrarius qvi ad ann. 929 eum supervixisse innuit, sæd hæc in transitu. Annis 925 triennium adjectum 928 parit, qvorum ultimo Ulfliotus leges in Islandiam attulisse hic scribitur. His iterum addito triennio Haraldum anno Christi 931 decessisse, calculus evincit. Atqve ita ad Pulchricomi ætatem tandem ventum est, cuius illustrandæ gratiâ singula tam prolixè annotavi. Illum 73 annis regnasse Snorro asseverat, qvo 860 ad rerum summam pervenisse fatetur, consentienti his verbis Serie regum septentrionalium:

Haraldus primus in Norvegiâ monarcha fuit, cum ab incarnatione filii dei anni effluxissent octingenti sexaginta, cycli solaris anno primo, lunaris vero sexto, ab initio autem cycli magni

paschalis ducentesimo qvinqvagesimo tertio. Hæc fuere initia regni Haraldi pulchricomi, cum decem annorum esset.

Septuaginta tribus annis Haraldi imperium similiter metiuntur prolegom. ad S. Ol. vitam, qvo 862 regnare cœpisse innunt. Totidem etiam annis Haraldum regnasse memorant S. Olai regis et Egilli Scallagrimii vitæ, qvibus in regni Haraldiani annis numerandis ad ungvem consentiens Olai Tryggvonii vita, idem cum prolegomenis antedictis regni ejus principium statuit insigni loco, qvi hic omnino legi meretur:

Pat var a setta ari rikis Haralldz Annus erat regni Haraldi regis konungs hins harfagra, er menn pulchricomi sextus, cum Ingol- (Ingolfr oc Hiorleifr) foru at leita fus et Hiorleifus Islandiam pri- Islandz en siau vetrum sibarr mô qværerent, septem vero foro þeir Hiorleifr at byggia abinde annis terram illam inlandit sem nu var sagt. Pat var colere cœperunt, uti nunc dic- a þrettanda ari konungdoms tum est; hæc autem gesta sunt Haralldz hinsharfagra. Pa hafpi anno regni Haraldi pulchrico- hann verit tva vetr einvalldz- mi decimo tertio, cum post pug- konungr at Noregi sibjan Hafrs- nam Hafrsfjordensem Norvegiæ fiarþar orosta var. Pat var fior- monarcha biennio fuisset anno um vetrum eptifall Eatmundar scilicet à cæde Sancti Edmundi konungs a Englandi ens helga. Angliæ regis qvarto. Tum à mun- Pa var lipit fra upphafi heims di hujus principio anni efflux- þessa sex þusundir vetra siau rant sexies mille septuaginta tigir oc þrir vetr. en fra holld- tres, ab incarnatione vero domi- gan vars drottins Ihesu Christi ni nostri Jesu Christi octingenti atta hundrat siau tigir oc fiorir septuaginta qvatuor. vetr.

Variare primo intuitu videtur Liber originum Island., qvi hanc rem ita enarrat:

Sumar þat er þeir Ingolfr foru Æstate qvâ Ingolfus cum sociis at byggia Island hafpi Haralldr Islandiam inhabitare cœpit, Ha- harfagri verit XII ar konungr at raldus pulchricomus duodecim Noregi. Pa var lipit fra upphafi annis Norvegiæ rex fuerat. Tum þessa heims VI þusundir vetra elapsi erant ab hujus mundi

og LXXIII vetr. en fra holldgan principio anni 6073, ab incarnatione drottins DCCC ar oc LXXIIII natione vero domini octingenti septuaginta quatuor.

Sed facilè hæc conciliantur. Halfdanum Haraldi pulchricomi patrem vernali tempore, cum glacies solis calore liqefieri inciperet (mense scilicet Martio ut videtur), aquis submersum esse Snorro et Genealogia regum Norveg. prohibent, cui mox Haraldum successisse ex prolegomenis ad S. Olai vitam docemur. Ingolfum autem mense Majo aut posterius in Islandiam abiisse, irrefragabilis conjecturæ ratio credere jubet. Annus itaque Christi 862, quo Halfdano mortuo Haraldus sufficiebatur, Olai Tryggv. vitæ est regni ejus primus, 863 secundus, qui ex Libri orig. Island. sententiâ primum regni Haraldiani annum explevit, 864 secundum, et sic deinceps, usque ad anni 874 mensem Majum, qui in regni Haraldi annum 13 ineuntem cadit, duodecimo ejus anno nuper ad finem perducto. Ultra mox progrederer, nisi ætatem mundi, his locis assertam, scrupulum quibusdam injicere posse præviderem, quippe quam improbasse conspicio virum reverendum Theodorum Thorlacium Scalholtae in Islandia dioecesis antistitem, allatum locum in dicto originum Islandic. libro, cura sua typis impresso, ad calendarii vulgaris (communiter almanak) computum immutantem, 4841 pro 6073 substituendo, scilicet annus 1. Christi, secundum hunc calculum est mundi 3968. Sed nullâ opus erat correctione, cum heic non vera mundi ætas tot eruditorum<sup>1</sup> calamis anxiè quæsita sed veterum chronologorum auctoritas jure requiratur. Novum autem non esse à mundi exordio ad Christi nativitatem annos 5199 numerare, quot hic prodeunt, ex Eusebio dispalescit, qui in proæmio libri secundi chronicorum canonum ab Adamo ad Diluvium annos numerat 2242, à Diluvio ad nativitatem Abrahami 942. Et in ipso chronicō canone ab Abrahamo ad nativitatem Christi annos 2015. colligit. Eusebius in chronicis suis canonibus ab Adamo ad Diluvium annos numerat 2242, a Diluvio ad nativitatem Abrahami 942, à nativitate Abrahami ad natum Christum 2015. Cui Eusebii computo si adjiciatur<sup>2</sup> annus ille, qui servatorem

<sup>1</sup> Skr. over doctorum. <sup>2</sup> Skr. adjiciantur.

natum primus vidit, vulgo in æræ Christianæ calculo missus, uti docet Petavius in Rationario temporum part. 2 libro 4 ac sæpius memorati 874 anni, summa emergit annorum 6073. Sed hæc, ad institutum nostrum minus pertinentia, obiter saltem tractare libet. Idem calculus venerabili Bedæ innotuit, cuius in libro de temporibus capite ultimo dominus natus esse dicitur completis ab Adam annis juxta qvostdam 5199, qvamvis ipse dicto libro de temporibus, de compoti ratione, de temporum ratione et de sex ætatib. mundi in diversa aliâs abeat. Hæc qvoqve supputatio ecclesiæ Romanæ qvam placuerit, Martyrologium Romanum testatur, ubi ad VIII. kal. Januarii filium dei anno mundi qvinqvies millesimo centesimo nonagesimo nono natum esse annotatur. Non multum attinet nostros coacervare ut sunt annales regii et Flateyenses, qvi concordes in principio sui ad Christi nativitatem annos similiter numerant 5199, ac in rei fundamentum Hieronymum, Eusebii nempe interpretem, Bedam, Historiam scholasticam et ecclesiæ auctoritatem allegant.

Sed nunc iterum ad Pulchricomum. Illum 70 annis regnasse Aras multiscius p... perhibet, qvi ab anno 931 vel 932 (qvos morti ejus, uti supra dictum est, assignat), retro numerati regni illius primordia in ann. 861 vel 862 determinant. Consentit ferè Catalogus imperatorum Occidentis, qvi Haraldum circa ann. Christi 862 regnare cœpisse ait, ac itaqve eundem cum auctoribus superioris allegatis calculum seqvitur. Verba hæc sunt:

Karla Magnus rikti a tima Leonis XIII ar 1 manap IIII daga. Þa var lidit af hollgan guþs DCCC og II. ar. hann var konungr oc keisari XLVI ar. Nær XL<sup>m</sup> vетra síþar tok konungdom Haralldr harfagri i Noregi.

Altius Haraldiani regni initia evehit Theodricus, qvi regnum ejus 70 annis similiter metitur, ac ann. 852 ad regnum pervenisse, sibi ipsi concors fatetur, si librarii veteris vel recentioris errorem demas, qvi hoc loco pro octingentesimo (qvod Theodricum scripsisse certum est) pessimè nobis oggessit millesimo. Septuaginta tribus annis Haraldum regnasse Sæmundus apud prædictum suum epitomatorem asserit, qva ratione annus Christi 852. regnum ejus inchoavit. Istum Sæmundi et Theodrici calculum prædicta Compendia, Haraldi imperium 73. annis simi-

liter computantia, seqvi voluisse certum est, etiamsi unus, ut supra tetigi, annus illis desit. Sæmundi calculus nec minus in Codice Flateyensi apparere videtur,<sup>1</sup> ubi in Olai Tryggvonii vita annum regni Haraldi 13. in annum mundi 6063 et Christi 864 incidisse ait. Verba hæc sunt: Pat var a XIII.

Cum vero reliqvi temporum characteres hic recensiti officiant, librarii error hic, absqve dubio, irrepsit, unaqve annorum decas utroqve loco omissa esse videtur, ut cum superius allato convenire debeat. Altius adhuc ascendit Oddus monachus, qvi regni Haraldiani initia ad annum 848 refert, ubi ait: Ab initiis regni Pulchricomi ad annum regni Olai Tryggvonii secundum (qvi omnium ferè consensu est Christi 996), effluxisse 148 annos.

Decennio inferiorem Haraldi æram depromunt annales regii, Flateyenses et chartacei nec non chronologia chronico Norvegico à Wormio annexa, qvi constanti consensu, mixto autem chronologorum fundamento, Norvegicas res ita supputant:

Pulchricomus regnare cœpit ann.	858
Sedit annis.. .. .. .. ..	73
obiit .. .. .. .. ..	931
Ericus sedit annos	3
cessit regno .. .. .. ..	934
Haqvinus regnavit annis	26
occisus .. .. .. .. .. ..	960
Haraldus Grafeldus sedit annis	15
occupuit .. .. .. .. .. ..	975
Haqvinus comes Norveg. præfuit ann.	20
occisus .. .. .. .. ..	995

Magis adhuc variam computandi rationem confundunt annales Scalholtini et Reseniani. Illi qvidem Haraldum pulchricum anno 862 regnum adiisse memorant, omissoqve obitus ejus anno, qvi et Erici regnum inchoavit, Haqvinum Adelstani alumnū ad sceptrum pervenisse tradunt anno 934, qvæ ex Aræ multiscii calculo mutuata sunt. Haqvinum anno 961 occisum esse ac Grafeldum post 15 annorum imperium ann. 976 occupuisse. Haqvinum deinde comitem 19. annis sedisse et 995 occi-

<sup>1</sup> Skr. videntur.

sum esse ex Snorronis mente perhibent. Hi vero Pulchricomum anno 862 ad sceptra ascendisse similiter ex Aræ sententia loquuntur, qvem anno 933 (librarii erratum esse videtur pro 932) decessisse tradunt. Neglectis dein Erici annis et Haqvini initiis, hunc anno 961, Grafeldum 976 et Haqvinum comitem ann. 995. regnare desiisse produnt; qvam chronotaxin ex Aræ et Snorronis computo consarcinatam esse ex superioribus patet.

Rerum Norvegicarum chronographiam, à Svaningio in Chronologia Danica depromtam, heic inserere nolo, cum is sua ex Wormii computo ad chronicon Norvegicum desumpserit, qvamvis interdum, nescio qvo consilio, ab eo recesserit. Idem dicendum est de computo isto qvem Jonas Ramus Norvegiæ suæ antiquæ subjunxit, qvippe eidem fundamento superstructo. Nec multum attinet Arngrimi lapsus chronologicos heic recensere.

### NOTÆ AD CAP. I

Pag. . . lin. . . Pa es Haralldr enn Harfagri var XVI vetra gammall]. Haraldum pulchricomum decem natum annos ad regni gubernacula ascendisse nos docet Snorro Sturlæus chron. Norv. p. 39, Olai Tryggvonii vita consentientibus uno ore annalib. Islandicis et auctore nostro p. 10. Qvo autem epochæ Christianæ anno natus sit, aut ad dignitatem regiam pervenerit, valde discrepant, qvi eâ de re scripserunt.

Annales vero Islandici qvotqvot videre contigit nativitatem Haraldi non ad annum Chr. 846 ut in Comment. de Isl. scribit accuratissimus alias Arngrimus, nec 849 uti Joh. Svaningio in Chronol. Dan. placuit, sed ad annum 852 unanimi consensu referunt, regni initia ad ann. 862 (Svaningius et Arnrimus memorati habent 858), adstipulantibus auctore nostro pag. 10, 18 ac binis qvas inspexi membranis, vitam regis Olai Tryggonii complexis, qvæ unâ cum Libro originum Islandiæ annum 13 regni Haraldi in annum mundi conditi 6073, Christi 874 incidisse asserunt, uti integer locus infra citandus ostendet. Dissentit autem codex regius vulgo Flateyensis nuncupatus, qvi annum regni Haraldi pulchricomi 13 asserit fuisse Christi 864, mundique conditi 6063, qva ratione initium regni Haraldi ad annum 852

refertur, nisi mendum in codicem irrepsisse, unumqve numerum denarium omissum esse, statuendum sit, cui repugnare videtur qvod anni mundi unâ etiam decade pauciores hic recensentur qvam in cæteris exemplaribus. Qvicqvad sit, codicis Flateyensis calculo non parum suffragatur omnibus hisce vetustior Theodricus monachus Nidrosiensis paullo accuratius inspectus, qvi Historiæ suæ Norvagicæ caput primum ita orditur: »Anno ab incarnatione domini millesimo qvinqvagesimo secundo regnabit Haraldus pulchrecomatus«. Hic pro octingentesimo corruptissime legitur millesimo, solâ librarii, veteris aut recentioris, incuriâ pro DCCC forte M. substituentis, nulla vero boni auctoris culpâ, utpote qvi eodem capite inferius asserit, Haraldum 70 annis regnasse ac postqvam singulis abinde regibus annos regni adscriperat, Sanctum Olaum anno 1029 cæsum esse scribit, qvam propriæ traditionis contrarietatem sanæ mentis historicum commisisse à verisimili multum abludit; sed iam de habitatæ Islandiæ initiis disserentem audiamus Librum originum Island.,<sup>1</sup> qvem in membrana exaratum Reseniana bibliotheca asservat:

Pa er Island fanzt ok bygpizt af Noregi .... Orkneyium ....  
Svo er sagt .... Par heitir nu Reybarfiall i Austfiorþum.<sup>2</sup>

Allegatus nuper Theodricus operis citati cap. 3. Islandiam anno regni Haraldi 9, Christi scilicet 860 ex ipsius auctoris a mendo antedicto purgati calculo, a Norvegis inventam esse, annoqve inseqvente, regni nempe Haraldi 10, Christi 861, Ingulfum eð familialam transtulisse. Ingulfi primum in Islandiam adventum Islandici qvidam qvos inspexi annales<sup>3</sup> ex antiquo, ut opinor, exemplari in charta exarati, ad annum 870<sup>4</sup> referunt, qvales Arngrimus Crymog. p. 20, Specim. Isl. p. 4 et Anat. Blefsk. p. m. 38 secutus esse videtur, antedicti vero annales Scalholtini, suffragante ut infra patebit Olai Tryggvonii vitâ, ad annum Chr. 867 regni Haraldi sextum, ubi noster ætatis illius annum 16 ponit, unde Haraldum pulchricomum circa anni 852 initia natum esse non

<sup>1</sup> Hertil over l. og i randen: Thorgils i plagipedis vita, alias Floanorum historia Landnamaboc nominat. <sup>2</sup> Disse stykker er ordret overensstemmende med teksten i 107; herved bevises, at dette håndskr. er en afskrift af Resens membran. <sup>3</sup> I randen: þad eru annalar þeir er eg feck epter Þormod. <sup>4</sup> I randen: Sturlunga s. ad 868.

obscure colligitur, regemque factum ante initium Martii anni 862 (ante cujus mensis initia Norvegos se alto dedit non est verisimile) ætatis scilicet suæ ineunte anno undecimo, qvi cum nondum fuerit completus, in annorum numero omittitur, Haraldus-que decem annorum, puta integrorum, ad rerum gubernacula ascendisse dicitur; familiam autem suam Ingulfum eò transtulisse anno Chr. 870 statuit auctor noster, uti ex capitum 1, 2 et 3 circa finem collatione non obscurè colligitur, qvod antedicti annales chartacei<sup>1</sup> anno 875 actum esse minus rectè asserunt. Antiquissimi autem annales in Bibliotheca Resenii, qvorum antea mentio facta, citatiqve Annales Scalholtini anno Chr. 874 hæc contigisse tradunt.

Pag. . . . lin. . . . Halfdan hvitbeinn etc.] De hoc et reliquis Norvegiæ regulis, heic a nostro enumeratis, qvi ulteriora scire desiderat Snorronis Sturlæi Historiam regum Norvegiæ adeat, ubi dictorum regulorum gesta fusius aliquanto memorantur.

Pag. . . . lin. . . . Er nu er kallat landaurar etc.] Vectigal hoc in Norvegiæ litore solendum, initio à Norvegis in Islandiam ab-euntibus exactum, postea cuivis inter Norvegiæ et Islandiam trajicienti impositum fuisse heic docet auctor noster. A Norvegiæ autem dictum vectigal remissius exactum fuisse videtur, cum Snorro Sturlæus et S. Olai vita ejus nimis rigidam postulationem in Svenone, Canuti magni filio, sancti Olai successore, reprehendant. Utriusque verba, plene consentientia, hæc sunt:

Májr hverr er færi til Islandz Unusquisque in Islandiam na-skyldi giallda landaura þar-vigans, sive Norvegus, sive ex-lennzkr oc utlennzkr. traneus vectigal litoreum sol-veret.

Ab Islandis in Norvegiæ venientibus exigi consuevit, ex Hialtonis Skeggonis verbis docemur, qvæ ad Olaum Svecorum regem anno . . . facta S. Olai vita hæc recenset:

Þat ero log milli Islandz oc No- Inter Islandos et Norvegos lege regis, at ver gialldim landaura statutum est, ut nos Islandi, cum Islendingar er ver komum til in Norvegiæ veniamus, vectigal litoreum solvamus.

<sup>1</sup> I randen: fra Þormodi.

Meminit et hujus vectigalis antiquissimus II. Islandicarum codex, vulgo Gragas dictus, sed an recte dubito, cum Gragasam II. Norvegarum codicem esse ac a Magno bono confectum, ex Snorrone in vita Magni boni, ut et Sverrei regis vita certum sit. Interea hunc II. Islandicarum codicem sub Gragasae nomine in his notis saepius allegare cogimur, cum alias sit anonymous; unde excerpta, de hoc vectigali agentia loca, hic legi merentur:

Islendingar scolo engi toll Islandi nullum in Norvegiâ giallda i Noregi, nema landaura vectigal solvant, præter litoreum eþa varþmonnum i caupangi. aut custodibus emporiorum. Karlmann fralsir þeir er fullan Liberi viri et pleno jure gaurett eigo scolo gialda landaura dentes vectigal litoreum sol- VI feldi oc VI alnir vaþmals, vant, sex stragula et sex ulnas eþa halfa morec silfrs. Pa er panni vulgaris vel dimidiā comit til þess gialdz er menn marcam argenti. Dictum autem coma i ackerissat eþalandfestar. vectigal prius exigi non potest Enn ef Islendingar gialda landaura i eyiom eþa a Hialtlandi, qvam anchoras jecerint aut na- pa ero þeir eigi scyldir at giallda Si vero Islandi in insulis (Orca- apra landaura i Noregi nema dibus vel Færóis) aut in Hetlan- peir fari ut amille. diâ vectigal litoreum solvant, in

Ef mapr tynir sva fe sino at Norvegiâ iterato solvere non hann a eigi hag at giallda alla tenentur, nisi tempore interme- landaura, pa er hann eigi scyldr dio in Islandiam redierint. at giallda.

Ef þeir menn verþa sæhafa jacturam faciat, ut vectigal lit- i Noreg er vart hafa til Grön- reum integrum solvere neqveat, landz eþa fara i landaleitan eþa a solutione illius liber esto.

slitr pa ut fra Islandi pa er þeir Omnes in Grónlandiam nav- vilde føra scip sin mille hafna, gaturi aut insulas ignotas qvæsi- pa ero þeir eigi scyldir at giallda turri, etiam si fluctibus ad Nor- landaura.

Pann rett oc þau log gaf Olafr hinn hælgi konungr Islending- om er her er merkþr.

Si quis tantam rerum suarum jacturam faciat, ut vectigal litoreum integrum solvere neqveat, a solutione illius liber esto. Omnes in Grónlandiam nav- gaturi aut insulas ignotas qvæsi- turri, etiam si fluctibus ad Nor- vegiam pellantur, ut et si tem- pestas aliquos in Islandiâ naves suas ab uno portu ad alium deducere volentes, inde in Norvegiam deferat, a solutione vectigalis litorei immunes sunt.

Jura legesqve hic recensita  
rex Olaus sanctus Islandis dedit.

Hactenus ex dicto ll. codice. Durabat autem apud Islandos hujus vectigalis solvendi necessitas usqve dum rex Norvegiæ Haqvinus illis anno 1262 sibi tributariis factis<sup>1</sup> inter alia privilegia hoc penitus remisit, utpote qvi in suis ad laudatum regem literis dditionem polliciti, hanc, inter plures, immunitatem seqventi verborum formula petierunt:

Landaurar skolu uppgefazt. Vectigal litoreum nobis remitti petimus.

Antiquitatum patriarcharum callentissimus Arngrimus Crymog. suæ pag. 207 portoria vertit, dditionemqve memoratam anno 1261 contigisse ait; in anatome Blefk. pagg. m. 41.42 ut et Specim. Island. hist. pag. 142<sup>2</sup> sibi ipsi plane consentiens. Cum vero sæpedicti annales Reseniani Scalholtini et præfati chartacei lslandos anno 1262 regi Haqvino, homagio præstito, tributarios factos esse, unanimi consensu tradant, eos hac vice seqvi magis placuit.

Pag. 10 l. . . Scylldi giallda conungi halfa morc]. Hic locus postulare videtur, ut de marcis veterum Norvegorum et Islandorum aliquantum disseram, qvæ cum ex óiris conflatae sint, illæ prius explicandæ veniunt. Fuere itaqve marcæ óiræqve veteranum aut pretii aut ponderis. Pretii óiras qvadruplici discrimine nobis suggerunt antiquitates: invenitur enim primò óira constans tribus ulnis, þriggia alna eyrir, dicta, valorem duodecim solidorum Dan. monetæ hodiernæ, cum ulnarum singulæ 4. sol. Dan. pretio adæqvent. Secundi generis óira sex ulnis constabat, sex alna eyrir dicta, valebatqve 24 sol. Dan. Tertium óirarum genus novem ulnis constitit, niu alna eyrir vocata, pretium 36 solidorum Dan. adæqvans. Quarti generis óira, duodecim constans ulnis, ac itaqve tolf alna eyrir dicta, 48 sol. Dan. valebat. Ex hac óirarum diversitate qvatuor marcarum pretii emergunt genera, qvarum qvævis octo óiras continebat. Illa igitur marca, qvæ 8 óiris, singulis è tribus ulnis conflatis, constitit, mork þriggia alna eyris dicta, 24 ulnas vel unius

<sup>1</sup> Her er i randen skr.: Sættargjörd J. erkibyskups og Magnus konungs.

<sup>2</sup> 1260 Comm. p. 77 i margen.

unciæ argenteæ pretium in se habebat. Qvæ ex 8 óiris, singulis sex ulnis constantibus, composita erat, mork sex alna eyris dicebatur, constititqve 48 ulnis vel duabus unciis argenteis. Ex 8 óiris, singulis novem ulnas continentibus, conflata marca mork niu alna eyris dicta est, hæc 72 ulnis constitut, tresqve uncias argenteas valebat. Marca tandem 8 óiris, singulis è duodecim ulnis compositis, constans, 96 ulnas vel qvatuor unciarum arg. valorem explevit, dicebaturqve mork tolf alna eyris. Singula antiquitatum testimoniiis roborare prolixitas vetat, id saltem monendum, binas hasce ultimas marcas nominibus expressas hactenus nobis non occurrisse, qvas tamen olim extitisse ex óirarum antedicto qvadruplici discrimine, in antiquis scriptis non semel occurrente, indubie persvasi sumus, ceterum ubi marcarum valorem ad unciæ argenteæ pretium redegimus sciendum nos ibi secutos fuisse potentissimi monarchæ nostri Christiani V constitutionem, datam Hafniæ 6. Maii an. 1684, qvâ ut uncia argentea in specie uti vocarit 24 ulnas vel 96 sol. Danicos in Islandiâ valeat, mandavit. Ponderis itidem marca octo óiras in se continebat, óirarum qvævis unciam argenteam pondere adæqvavit.

Cæterum dimidiā han[c]ce marcam, qvâ, ut ait noster, vectigal litoreum solvendum erat, cum loco, ex ll. codice Gragaså nuperrime allegato, diffi[cil]lius est conciliare, cum dimidiā argenti marcam ibidem nominet, et sex pellibus ac sex ulnis panni vilioris æqvivaluisse innuat. Sex autem pelles, sive ovinas, sive vulpinas, 6 ulnis vel 24 sol. Dan. olim constitisse, e citato ll. codice Gragaså et Thorlaci ac Chetilli jure ecclesiastico certum est: Sex itidem panni vilioris ulnas totidem sol. Danicos valuisse, iidem nos docent libri, unde hæc conjuncta 12 ulnas vel 48 sol. Dan. conficiunt. Argentum vero óiræ, vel unciæ pondere, non vero unciæ argenteæ cum duella, ut Arngrimo Crymog. p. 85 visum est, 48 ulnas, vel duarum unciarum argentearum pretium, qvale nunc est, in se olim habuisse, ex sæpedicta Gragasa et ll. Gulathingensium codice antiquissimo a S. Olao et Magno bono regibus promulgato (qvem a viro generosiss. Ottone comite de Rantzov sibi commodatum, vir nobilissimus, a me qvovis obsequio dignus Thomas Bartholinus, tenuia mea studia more con-

sveto promoturus, videndum concessit) indubie docemur, adeo ut talium oirarum qvatuor, qvæ dimidiam ponderis conficiunt marcam, non 48 sed 768 sol. Danicos, vel 8 uncias argenteas hodierni pretii valerent, non igitur half morc silfrs, o: dimidia marca argenti, pro argento 4 oiras vel uncias ponderante hic accipienda, sed potius intelligendum litoreum hoc vectigal, aut 6 pellibus et 6 ulnis panni vilioris, aut argento dimidiam marcam pretio adæqvante solvi debuisse, non secus ac in Laxdalensium historia nominatur half morc vadmal, o: dimidia marca panni, vel 24 ulnarum pretium panno solvendum. Dimidia igitur haec marca in litorei vectigalis solutionem expendenda, utpote 6 pelles et 6 panni ulnas valore adæqvans, pretium erat 12 ulnarum vel 48 solid. Danicorum, aut si pellibus et panno non solveretur, argentum sicilici vel διδράχμου pondere ( $\frac{1}{2}$  lod) ac itaqve iis accensenda marcis, qvæ, ut superius dictum, octo oiris singulis e trium alnarum pretio conflatis constabant.

#### NOTÆ AD CAP. II.

Pag. . . l. . . Maþr austrænn]. Qvemadmodum Germani Hiberniam invadentes teste in Britannia sua pag. 371 Gvil. Camdeno Oustmanni dicti sunt, ita Islandi Norvegiam orientem Norvegosqve Austmenn o: Orientales non raro vocitarunt, prius præsenti loco ut et pagg. 32, 34 bis 50 satis clare monstrat auctor noster. Posterius autem præter innumera antiquitatum testimonia satis evincit Gunnloigi Ophiglotti vita, cuius haec sunt verba:

Eitt sumar kom skip af hafi i Æstate qvådam ad ostium flu-Gufar os. Norraenn var stýri vii Gufa navis appulit, navarmadr oc audigr at nafni Berg-chus Norvegus erat et dives finnr (Et mox) Austmadrinn nomine Bergfinnus: Orientalis vistadiz þangat.<sup>1</sup> hicce ibi, (apud Thorstenum) hospitium elegit.

Plura exempla, utpote vel leviter in antiquitatibus versato obvia, congerere non est necesse; ipsos autem Norvegos se qvando-

<sup>1</sup> Tilf. i randen: vide et Liosvetningasögu cap. 8.

que Austmenn vocitasse,<sup>1</sup> ex Theodulfi de Hvini natione Norvegi carmine de prælio Hafrsfjordensi, per Snorronis industriam ab interitu vindicato, colligi potest, in quo Haraldus pulchricomus vocatur *Alvalldr austmannā*, ɔ: Ostmannorum (Norvegorum) rector.<sup>2</sup> Ceterum non secus ac Islandi Norvegos Austmenn vocitarunt, ita Hibernos, illiusque tractus incolas Vestmenn (ɔ: Occidentales) nuncuparunt, testis erit liber originum Islandiae qui postquam memoravit Hiorlefum in Hibernia servos quosdam cepisse ac secum in Islandiam avexisse, dictos servos domino imperfecto in insulas quosdam, a continente non multum remotas fugientes, ab Ingulfo occisos esse tradit, addens:

Vestmannaeyiar heita þar sidan Vestmannorum insulæ exinde er þrælarnir voru drepni, þviat dicuntur, ubi occisi sunt servi, þeir voru Vestmenn. qvoniam Vestmanni (Occidentales) erant.

Pag. 121... Hafþi maþr austrænn fyrst log ut hingat etc.]. Ulfliotum circa annum 927 leges è Norvegiā in Islandiam transtulisse in antedictis annalibus chartaceis<sup>3</sup> inveni, suffragantibus omnibus quæ ad manus meas pervenere annalium fragmentis in charta exaratis, doctissimus vero Arngrimus Crymog. p. 80 et Comm. de Isl. p. 58a, anno 926 id factum esse tradit, quorum neutrum a verisimili abludit, cum, adferente leges Ulflioto, Islandia magnam partem habitata fuerit, nostro in initio capitulis id asserente, quæ circa annum 930 eodem pag. 16 testante penitus fuit exculta. Has autem ab Ulflioto allatas constitutiones, quas pagg. 80 et 118 veluti libro contentas Arngrimus juris Gulatingensis exemplar vocat non scriptas nullibi hactenus inveni. Et Thorlefum quidem sapientem Islandiam unquam vidisse probare arduum erit, illius vero consilio Ulfliotum in Norvegiā sæpedictas leges conceperisse insignis de hac re locus ex codice Flateyensi desumptus clarum faciet, qui dictarum legum exiguum sed antiquitatis plenum fragmentum in Olai Tryggonii vita nobis reservavit:

<sup>1</sup> I randen tilf.: ni fallor ad imitationem Islandorum Orcadensium Færöensium. <sup>2</sup> Udførligere på et vedlagt blad. <sup>3</sup> Hertil i randen: Þormodar.

Enn er Ulfliotr var nær sextug at alldri, þa for hann til Noregs oc var par þria vetr, þa settu þeir Þorleifr spaki modur-bodir hans log þau er sídan voro kollud Ulfliotzlog. enn er hann kom ut þa var alþingi sett, oc hofdu allir menn sídan ein log her a landi. Þat var upphaf hinna heidnu laga, at menn skyldi eigi hafa hofudskip í haf. En ef menn hefdi, þa skyldi þeir af taka hofud adr þeir kæmi i landsyn. oc sigla eigi at landi med gapandi haufdom edr gin-andi trionom svo at landvættir fældiz vid. Baugr tvieyringr edr meiri skyldi liggia i hverio hof-udhofia stalla. pann baug skyldi hvern godi hafa a hendi ser til logþinga peirra allra er hann skyldi sialfr heyia oc rioda hann þar i blodi nautz þess er hann blotadi þar sialfr. Hvern sa madr er þar þurfti logskil af hendi at leysa at domi skyldi adr eid vinna at þeim baugi oc nefna ser vatta tva edr fleiri: Yckr nefni ec i þat vætti skyldi hann segia, at ek vinn eid at baugi, logeid. Hialpi mier nu sva Freyr oc Niordr oc hinn almatki Ass, sem ec mun svo soc pessa sækia edr veria edr vitni bera edr kvídu, edr doma dæma, sem ec veit rettaz oc sannaz oc hellzt at logum oc oll

Ulfliotus cum 60 ferè esset annus at alldri, per Hannum in Norvegiam trajecit, ibique triennium transegit. Tunc cum avunculo suo Thorlefo salio leges constituit, quae Ulfliotus cum 60 annis esset annus, ibique triennium transegit. Tunc piente leges exinde nuncupatae sunt. Cumque in Islandiam regis sunt. Cumque in Islandiam regis direxerunt, ab illo etiam tempore omnes incolae iisdem legibus vivebant. Ethnicarum legum initium erat, ut nemo navem, quae per altum veheretur, capite ornari faceret. Quid si faceret, antequam esset sicco videri posset navis, ad minimum auferret, non autem cum diducto (nauticorum capitum) rictu aut hiante rostro ad terram navigaret, ne geniis terrae metum incuteret. Annulus duarum vel plurium oriarum (unciarum) pondere, in cuiusvis praecipui fani aram jacebat, quem fani praefectus ad conventus omnes juridicos, a se adeundos, tauri a se ipso ibidem immolati sangvine prius rotatum, manu gestaret. Unus quisque cui negotium aliquod forensse ibidem coram judicibus per agendum erat, duobus pluribus testibus advocatis ad hunc annulum seqventi formula juraret: Vos, diceret, testes voco, me ad annum juramentum præstare et quidem juramentum legitimum. Ita Freyus et Niord-

logmæt skil af hendi leysa þau dus et omnipotens ille deus me er undir mik koma medan ec adjuvet, prout causam hanc ege- er a þessu þingi.

ro vel defendero, testimonia, solus, vel cum aliis, perhibuero, judicia tulero, vel alia qvævis negotia forensia, qvæ mihi, dum in hoc conventu versor, creduntur, peregero, secundum qvod justissimum, verissimum, legibusque maximè conforme mihi visum fuerit.

Hactenus Codex regius Flateyensis; cui similia habet liber originum Islandiæ editus Scalholti A° 1688 pag. 137, multis recentioribus mstis hac in parte conformis; qvæ tamen in membranâ Bibliothecæ Resenianæ desunt. Addit Arngrimus Crymog. p. m. 77, ex manuscripto códice, qvem Vatzyrnam vocavit:

Sva sagdi vitr maþr, Pormodr, Dixit<sup>1</sup> Thormodus vir sapiens, er allzheriargodi var a Islandi, qvi in Islandia summus erat totat med þessum ordum oc þing- morkum helgudo langfedgar hans a alþingi alla æfi etc. parcha (cum Christiana religio illic susciperetur), majores suos hac forensi verborum formulâ comitia semper inchoasse.

Dictas Ulflioti leges, memoriâ sapientum hominum, non libro conservatas, durasse credo, sed ethnicis ritibus sensim exclusis, usqve in annum 1118, qvo, teste nostro pag. 60, leges Islandicæ non parum immutatae, locupletatae et in unum corpus redactæ sunt; cujus adhuc superstes, licet aliquot locis adiectum, exemplar vulgo Gragas dicitur: adeo ut in dicta Gragasâ multas harum Ulflioti legum reliqias superesse veri perqvam simile sit. Gragasæ successit codex LL. ab auctore Haqvino Haqvinio Norvegiæ rege vulgo Hakonarbok denominatus, qvi annalibus Resenianis, optimis illis, Jarnsida, id est ferreum latus dicitur, et in Islandia anno 1272 receptus esse ibi perhibetur (vide Gudmundarsógu in codice Reseniano saman vid Nikulassógu). Jarnsidam exceptit Jonsbok anno 1280. Secundum Annales Scal-

<sup>1</sup> I randen: Ex Landnamu, vide inferius in hisce Notis.

holt. et chartaceos, non vero 1281. Qvi legum codex adhuc apud Islandos pleni est vigoris, sed variis subsequentium regum novellis emendatus. Audivi in Islandia juvenis, legulejum qvendam dicentem, Ulflioti legibus successisse codicem qvendam legum Hauksrett dictum, qvem nunquam extitisse scio. Etenim sæpedictæ Gragasæ, circa annum 1118 conscriptæ, immediate successit codex Jarnsida, uti modo dictum est, et ante Gragasam, vel qvod idem est, Ulflioti leges, reformatas et tum primum literis mandatas, Islandi nullum jus scriptum habuerunt, uti ex nostro pag. 60 haut obscure colligitur. Adde qvod nullus in Islandia, alicujus vir dignitatis, à qvo hic codex LL. denominari potuerit, Hóicus dictus fuerit, ante illum, cuius genealogiae in Libro originum Islandiæ sæpius occurrunt, qvi et secundum antedictos annales chartaceos annis 1294 et 1295 nomophylacis officium ibidem sustinuit.

Pag. 14 lin... Pau voro flest sett at þui sem þa voro Golapingslog] Haqvinum Norvegiæ regem (qvi ex eo, qvod apud A delstanum Anglorum regem educatus esset, Adelstani alumnus dictus est) leges Norvegicas partim promulgasse, partim emendasse referunt Snorro Sturlæus et Olai Tryggonii vita, simili verborum formâ:

Hann (Hacon)settiGulapingslog Rex Haqvinus leges Gulathin-meþ rapi Porleifs spaka. Hann genses constituit, consilio Thor-setti Frostapingslog med rapi leifi sapientis adjutus, constituit Sigurðar iars oc annara þraenda et leges Frostathingenses com-peirra er vitraztir voro, en Heip-sævislog hafþi fyrst sett Halfdan heimensium qvi sapientissimi svarti. erant consiliis adhibitis; leges vero Heidsævenses Haldanus niger primus constituerat.

Non multum discrepat S. Olavi vita, de his ita loquens:

Hann (Hakon konongr) setti Rex Haqvinus leges Gulathin-Gulapingslog oc Frostapingslog genses, Frostathingenses, et oc Heidsævislog fyrst at upp- Heidsævenses initio primus consti-hafi.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Hertil föjes på et löst blad: Hann (Hakon Ápalst. f.) setti Gulapingslog ok Frostupingslog ok Heipsæfislog, en aþr hofþu ser hverir fylkislog Olafs s. helga fra Bæ á Raudasandi.

Falluntur autem dicti historici: Leges enim Gulathingenses ante Haqvinum extitisse ex præsenti auctore discimus, utpote qvibus similes constitutiones, etsi non scriptas, anno ut audivimus 927 aut certe ante an. 930 in Islandiam invexit Ulfiotus, Haqvinus vero anno ætatis paternæ 70, id est Christi 922 natus, anno demum 937 ut ex Snorrone et Olai Tryggonii vitâ indubie colligitur, aliis 936, qvibusdam 934, nonnullis 933 ad regni gubernacula ascendit. Dictas igitur leges Gulathingenses ab Haqvino reformatas potius qvam primitus constitutas esse oportet, qvæ qvamvis nonnunqvam à regibus subsequentibus violarentur, docente Chron. Norveg. Sturlæi pag. 90, integræ tamen durarunt, usqve dum a Sancto Olao postea corrigerentur, uti ex eodem chronico pagg. 180 et 197 satis constat.

Pag. 14 l. . . Alpingi vas sett etc.] Comitiis Islandiæ anno 927 vel 928 locum destinatum esse, in frivilis qvibusdam annalium fragmentis invenio. Hunc ad montem Armannzfell primum fuisse asserit eruditiss. Arngrimus Crymog. p. m 75, minus ut mox patebit accurate, omni tamen culpa liberandus, utpote Hænsathoreri vitam, antiqvum satis librum secutus, qvæ comitia in dicto loco stetisse æstate post crematum Blundketillum proximâ claris verbis testatur, qvod si annalibus Resenianis et chartaceis fides ann. 962 contigit. Sed refragatur noster hoc loco dum ibidem primitus constituta esse ait, ubi illius tempore steterunt, cui ut antiqviori major certè fides debetur. Stetisse autem comitia anno Chr. 1121 in loco ubi hodie celebrantur, è Sturlungorum vitâ de Thorgilsi Oddæ filii et Haflidi Mari filii rixis agente clarum est. Cumqve præterea e Thorlefi jarlascaldi, Olai Tryggonii, Gunnlóigi ophiglotti et Niali historiis qvivis locorum et historiæ gnarus facile videat dicta comitia annis millesimo et aliquot utrinqve proximis in loco ubi nunc celebrantur stetisse, dubium vix evadit ea nunqvam ad prædictum montem, sed in hodiernorum loco à primis suis initiiis celebrata fuisse. Meo autem non eget judicio fabulosa de Jorâ in Jorukleif relatio, ejusqve humeris, per Thorm. Kolbrunaskaldum, ni fallor, infixâ regis Olai (Sancti) securi, qvæ comitorum loco nomen primum dederit, utpote qvæ cum chronologicis rationibus et Libro orig. Island. pag. 170 benè collata falsitatem ipsa prodit.

Pag. 14 l... Honom fec hvern maþr pening]. Decimam scilicet, ut existimo, partem óiræ, sex ulnas in se continentis. Ita enim penningi pretium definit codex LL. vulgo Gragas tit. Festaþætti:

Penning scal hann gefa goda Servus manumittendus præfecþeim er hann leipir i log, þat to libertatem ejus publicanti scal hinn tiundi lutr eyris vera. penningum (nummum) dabit, decimam scilicet óiræ partem.

Occurrunt præterea in antiqvitatibus, diversi ab his, penningi qvorum triginta óiram conficiunt; item alii qvorum sexaginta una continentur óira, sed qvi huc minus pertinere videntur.

Pag. . . lin... Vetri eda tveim aþr Haralldr enn harfagri yrþi daupr]. Hrafnnum Hængi filium anno 930 Ulflioto in nomophylacis officio successisse nuper<sup>1</sup> tradidit noster, unde ex illius calculo Haraldus anno 932 mortuus est, anno ætatis 80. uti pag. 10. asseruit. Snorro vero Sturlæus et Olavi Tryggvonii vita eum 83. annos natum decessisse volunt, qvos si seqvamur, anno 935 mortuus erit. Reliqvos sponte præterimus, qvorum qvidam anno 931, alii 932, et nonnulli 933 eum obiisse tradunt.

Pag. . . l... Hann var borgfirþscr]. Vocem borgfirþer qvam editio et msta repræsentarunt, utpote vix alibi occurrentem, nec auctori nostro congruam, ita corrigere visum est.

På et løst blad tilføjes: borgfirþer i Ara froda forte debet esse borgfirþr ueluti utlendr. Eâdem fere ratione voces depravat Jonas Villingaholtensis in Sæmundar Eddu, mallem tamen borgfirþscr, qvomodo et alibi in Ara froþa scribitur. Forsitan in membranâ ita exaratum erat borgfirþcr et ille pro c legit e.

#### NOTÆ AD CAP. IIII.

Pag. 18 l... Enir spocusto menn a landi her hofþo talit i tveim misserom fiora daga ens fiorþa hundraps]. Priscos Islandos eorumve parentes Norvegos, olim Ægyptios, anni mensuram ab astris didicisse, verisimile est, cujus etiam defectum ad solis cursum compleverunt Islandi, nostro id testante. Hunc in binas divisum partes, trecentis et qvatuor diebus computasse noster

<sup>1</sup> Skr. mox og nuper ovenover.

ait, ubi notandum duplarem iis olim in usu fuisse centuriam, qvarum utriusque pag. superius mentio occurrit, unam scilicet qvæ decem constitit decadibus, hundrad tirædt dictam, alteram duodecim continentem decades, hundrad tolfrædt nuncupatam. De priore ita Speculum regale:

At bocmali rettu verda oll Sensu in libris usitato omnes  
hundrud tiræd kollud. centuriæ decem constant deca-  
dibus.<sup>1</sup>

De posteriore LL. Islandicarum codex, vulgo Jonsboc, tit. Bunadarb. cap. 31, 32, 57, Rekab. cap. 3 his locis »tvau hundrud fadma tolfræd« : ducentos passus, centuriæ duodecim decades continentis nomináns. Hujus computi rationem, si quis plenius pernoscere velit, Ol. Verelium in notis ad Hervoræ vitam pag. 168 seqq. de hac re fusè et doctè disserentem adeat. Majorem vero centuriam tolfrædt hundrad heic intelligentiam esse, illum latere neqvit, qvi capit is hujus finem cum initio ejusdem confert, si modo legitimum annum 365 dies et qvod ultra est, in se continere nôrit. Cæterum an prædictam anni mensuram secum in Islandiam è Norvegiâ transtulerint illius primi inhabitatores, an vero postqvam in Islandiâ sedes fixerant eam invenerint, non adeo certum, qvamvis hoc ultimum ex auctore nostro mihi videar colligere: qviqvad sit, antiquos Norvegos aliquam anni rationem habuisse ex sacrificiis eorum, circa initium hyemis, mediâ hyeme et sub initium æstatis instituendis, qvæ Snorro Sturlæus, Olai Tryggonii vita et S. Olai vita luculentiter describunt, satis constat.

Pag. . . l. . . Maþr het Porsteinn surtr etc.]. Consentit de hac re Laxdalensium historia his verbis:

Osc het hin fiorða dottir Por- Qvarta Thorsteini ruffi filiarum steins rauþz. hon var moþir Osca erat; hæc mater fuit Thor-

<sup>1</sup> Her er henvisning til et løst blad: »Hic locus ex altero codice ita se habet« (dette med J. Ols hånd) at bokmali verda oll hundrut tiræd kollut, Speculum Regale, snemma i bokinne, þar sem talar um vaxanda og minkanda straum epter gange tungls. — Ar hvert at tungli hefer annat hvert xij. tungl edr xij. Et scemra hvert heitir at bocmali communis annus, enn it lengra embolismus. Computus Regius vetustus p. m. 47.

Porsteins surtz hins spaka er steini Fusci sapientis, qvi æstatis augmentum invenit.

Ita hæc appendix nuncupata est. Nil dissentit Liber origg. Islandiæ pag. 65.

Hallsteinn atti Osk dottur Porsteins rauþz. Peirrason var Porsteinn er fann sumarauka. Halstenus uxorem habuit Ossteins cam, filiam Thorsteini Ruffi; eorum filius erat Thorstenus qvi æstatis augmentum invenit.

Pag. . . l. . . Allir menn myndi þagna viþ meþan etc.]. Editio et msta habent: »myndi þegn varþ meþan«, qvæ voces, cum nullum sensum vel connexionem præ se ferant, hoc vel simili modo immutandæ erunt.

Pag. . . l. . . leitaþi hann þess raps at Logbergi. at et siaunda hvert sumar scylldi auca vico]. Annum solarem Islandos 364 diebus vel 52. septimanis adhuc gentiles distinxisse, ex auctore nostro certum est: incertum vero, utrum tot diebus annum suum confecerint, aut anno solari binos incluserint annos, singulos separatim computandos, cum dictos Islandos tam æstatem qvam hyemem misseri appellasse auctor noster et alii indubie adstruant. Qvi pro anno solari two misseri, id est binos semiannos, ut ita vertere liceat, ut plurimum nominant. Horum semiannorum unum, hyemem nimirum, 25. septimanis ac 6. diebus constitisse autumo, alteram vero, nempe æstatem, 26 septimanis ac uno die: eo solum ductus argumento, qvod hyemem apud Islandos dies Veneris ordiatur, æstatem vero dies Jovis; consuetudine, ut credibile fit, ab antiquis receptâ, qvod in hoc 364 dierum anno majori æqvalitate fieri non potuit, qvam ut æstas hyemem binis superaret diebus; nisi cuiqvam magis concicere placeat binos hosce antiquorum semiannos æqvalis fuisse longitudinis, æstatemque ac hyemem eumdem diem inchoasse; cum qvo ego non multum contendam, utpote antiquitatis testimonio destitutus. Hi 364 dies cum solis annuo cursui non responderent observarunt postea Islandi æstatis initium brumæ et frigori magis magisque appropinquare, unde suspicari cœperunt computo suo aliquid deesse.<sup>1</sup> Hæc anni reformatio cum in co-

<sup>1</sup> Her er et langt stykke overstreget.

mitiis fieret, (inter annos Christi 950 et 970 ut noster non leviter innuit), residuam æstatis partem, anni scilicet spatiū à comitiorum tempore (qvæ ut inferius probabimus, decimam æstatis septimanam inchoare debebant, tunc autem ob sensim natum computi errorem vernum proprius tempus celebrabantur) usqve ad legitimum hyemis initium, per se alias, respectu ad præteritas æstates habitō, nimis longum, Islandos instanti tunc æstati adnumerasse credo, hyememqve proximam justo inchoasse tempore, cum legitimum illius initium ē solis cursu facile observare potuerint, præsertim si intra Islandiam priorem anni rationem excogitaverint; dictosqve 8 dies post elapsum inde septennium ultimæ æstati adjectos effecisse, ut hyems, qvam, ex meā conjecturā, dies Veneris eo usqve inchoaverat, proximè seqventi septennio a die Saturni inciperet, cujus iterum ultimæ æstati adjectis octo diebus, tertio septennio diem Lunæ hyemem inchoasse, qvarto diem Martis, qvinto diem Mercurii, sexto diem Jovis, et tandem elapsis 49 annis hyemis initium ad priora rediisse. Talem anni rationem Islandos abinde servasse autumo, usqve dum christianis initiati sacrī, illius mensuram ad ceterarum Christo addictarum nationum consuetudinem conformare didicerint, ac tum primum literas dominicales, annum bissextilem, cyclos solarem et lunarem, cæteraqve sibi antea ignota, in suum admisisse computum, et ut antiqui computi aliquā tamē remanerent vestigia hyemis ac æstatis initium, qvale nunc observant, constituisse; ita scilicet ut cum dominicalis sit E hyems incipiat die 10. Octobris, nisi seqvens annus sit bissextile, tum enim dies 17. Octobr. hyemem inchoat, qvod octavo cycli solaris anno tantum contingit. Si dominic. sit F, die 11 Octobris, G 12, A 13, B 14, C 15, D 16; æstas vero a nono 10, 11, 12, 13, 14 vel decimoqvinto diebus aprilis initium sumat, ex dominicalium d, e, f, g, a, b, c, successivo ordine, uti inferius rescribendum veniet.

På et løst blad findes følgende: at et siaunda hvert skyldi auka viku ɔ: siaunda hvert inclusive, ad medreiknudu árenu, sem aukit hafdi vered og því sem aukazt skyldi. hoc est distinc-tius loqvendo: setta huert, og var þesse sumarauki godur, þar sem ecki var nema eitt hlaupár in sexennio, iafnvel þott þad

yrdi casu. þvi eigi hefr Þorsteinn surtr mikid skiled i computo, helldr slumped til þessa epter solargange.

Pag. . . l. . .] At brenno Porkels Blundketilssonar]. Eodem modo Laxdalensium historia nomen illius effert, ubi ait:

Porunn het enn dottir Gunnars, Thorunna adhuc Gunnari filia hana atti Hersteinn son Por- fuit, qvam in matrimonio ha- kels Blundketilssonar. buit Hersteinus filius Thorkelli filii Blundketilli.

Hænsathoreri autem vita item, qvam heic attingit noster, ex professo<sup>1</sup> tractans, illum, qvi a Thorvaldo et Hænsathorero cre- matus est, Blundketillum nominat, filium Geironis opulentii de Geirshlid, filii Ketilli cognomine Blundi; et adstipulatur Liber origg. Islandiae. Unde Arngrimus hæc desumta in Specimin. Island. pag. 14 publice legi fecit.

Pag. . . l. . .] Pat voro þa log at vigsacar scylldi sækia a þvi þingi er næst vas vettvangi]. Iisdem ferê verbis hanc legem recenset Hænsathoreri vita, qvam ex conquestione Theodori gelleri nostro pag. 26 memoratâ immutatam esse, ex antiqvo LL. codice vulgô Gragas colligi potest, cujus in titulo Vigsłoda hæc sunt verba:

Sakar þær allar er verþa meþ Causas omnes (sc. de homici- monnom er rett at sækia a al- diis et vulneribus) qvæ inter þingi enda er rett at sækia a homines verti possunt, in comi- herapspingom. hvart sem þat tiis agere licet, qvas et in conven- er a fiorþungaþingom þa er þau tibus, in præfecturis celebratis, ero haufþ oc fiorþungsmenn nec minus agere licet, sive sint allir eiga þar saman socnir. qvartæ (insulæ) partis conven- enda er rett a varþingom þeim tus, qvando illi indicuntur, ubi ollom er apiliar ero allir sam- illius qvartæ partis incolæ cau- þinga oc sva þeir menn allir er sas mutuo agere et defendere fyrir saukom ero hafþir. debent, sive sint conventus verno tempore celebrari soliti, si mo- do actores eandem cum reis to- parchiam inhabitent.

<sup>1</sup> Som note hertil: ex professo qvidem. Cæterum Hænsathoreri vitæ auctor nugator fuit uti ex illius hoc opere passim liqvet.

Idem eodem titulo:

Saker þessar allar sem her ero Causæ omnes hic recensitæ qvæ taldar um vig oc averc mep de homicidiis et vulneribus in monnom scolo coma i þann ter homines vertuntur à judici- fiorþungsdom sem averc hafa i bus ex illa qvartâ (insulæ) parte in qvâ peracta est culpa (in co- mitiis) delectis tractare debent.

Pag. . . l. . . Pa vas landino script i fiorpunga sva at III urþo þing i hveriom fiorþungi etc.]. Iisdem ferè verbis hæc habentur in Hænsathoreri vitâ; hinc, ut videtur, descripta. Cæterum partium Islandiæ limites, prout nunc habentur, hi sunt: Orientalem quadrantem ab Australi discriminat fluvius Jokulsa per deserta Solheimasand in mare decurrrens. Australem ab occidentali dividit fluvius Hvita in sinum Borgarfjord defluens. Inter Occidentalem et Borealem terminus est fluvius Rutafiardara, qui in intimum sinum Rutafjord se exonerat. Borealem ab orientali separat mons Helkunduheide ex qvô procurrit promontorium Langanes. Interius hæ 4. partes in cultis montium jugis secundum insulæ longitudinem extensis a se invicem separantur prout hæc Theodorus Thorlacius in suâ de Islandiâ dissertatione sect. 1 rectè attigit, eoqve prior Arngrimus Cromogææ p. m 15 et in Specimine Islandiæ pagg. 27, 47, 52. Cæterum qvod noster et Hænsathoreri vita ajunt, singulas harum partium in tres divisas fuisse conventus, præter Borealem, qvæ qvatuor conventus continuerit, hodie intelligi non potest. Etenim australis pars nunc continent conventus, Rangáensem, Arnesensem, Kjalnesensem, et conventus Thveraensis dimidium. Occidentali parte continentur conventus Thveráensis pars dimidia, Thornesensis et Thorscfiordensis conventus. Borealem partem constituunt conventus Hunvatnensis, Hegranesensis, Vodlensis et Thingeyensis. In orientali parte præter Mulensem et Scaptafellensem hodie viventium nemo unqvam cognovit, nec ibi plures fuere conventus anno . . .<sup>1</sup> cum codex legum Jarnsida dictus ab Haqvino rege Islandis mitteretur.

Pag. 28 l. . . Pa hafþi Porgeirr at Liosavatni]. Thorgerum de

<sup>1</sup> Åben plads i hds.

Liosavatni Thorchillo Manæ anno Christi 985 in nomophylacis officio successisse noster aperte testatur. Arngrimus vero Crymogæa pag. m. 81 inter hos duos Thormodum Thorchilli Manæ filium interserit, eundem Specim. Island. pag. 6 nomophylacis titulo insigniens, parum, qvod raro assolet, accuratè vitiosis annalium fragmentis, cuius etiam generis permulta ad manus meas pervenere, nimis in hac parte confisus, qvæ doctissimum virum eo seduxerunt, ut nomophylacum Islandiæ chronologiam et qvandoqve nomina huic nostro auctori rebus à se consignatis pæne coævo, aliisqvæ venerandæ antiquitatis, qvos sæpe allegamus, annalibus, nostro in rebus antedictis ad ungvem consentientibus, contraria ibidem traderet. Cæterum de Thormodo Olai Tryggvonii vita et Liber originum Islandiæ similibus verbis ita tradunt.

Son Porkels Mana var Þormoþr, Thorchilli Manæ filius erat Thor-  
er þa var allz heriar goþi er modus, qvi tempore religionis  
christianæ in Islandiæ susceptæ,  
universalis erat nomarcha.

Ipse qvoqve Arngrimus Crymogæa pag. m. 77 eundem allz-  
heriargoþa vocat, manuscriptum qvoddam Kialnesensium  
historiam Bardi Snæfellensium dei vitam et nescio qvid ultra  
continens, secutus, qvod à possessoris, ut existimo, prædio, ci-  
tati libri pagg. m. 62, 77 et 113 Vatzhyrnam denominare pla-  
cuit. Thorgerum autem de Liosavatni nomophylacem fuisse  
cum religionem christianam amplecterentur Islandi, ex auctore  
nostro, Olai Tryggonii vitâ, Religionis chr. in Islandiæ plantatæ  
historiâ, aliisqve certum est; diversum igitur munus Thormodo  
huic qværendum, taliqve conjecturâ utendum erit. Islandiam in  
36 nomarchias goþorþ dictas divisam esse inferius audiemus,  
qvarum cuiqve vir reliqvos sapientia antecellens præponebatur,  
antiqvis goþi dictus, nobis nomarcham vertere liceat. His om-  
nibus unum præfuisse arbitror, ac ideo allzheriargoþa ɔ:  
summum vel universalem nomarcham dictum, cuius officium  
forte erat, juramentis reliqvorum nomarcharum sibi inferiorum  
in comitiis solvendis præsesse, iisqve, si delinqverent, mulctam  
irrogare aut gravius peccantes officio privare. Ad tale officium

si qvis Thormodum anno uti pag. 81 habet Crymogæa 983 aut ut in frivilis qvibusdam annalium fragmentis offendit anno 980 promotum esse, ac ad annum 1000 aut ultra id munus sustinuisse, asserat, me parum refragantem habebit; qvæ conjectura si me fallat, illud certe immotum stabit, sæpedictum Thormodum nomophylacis officium nunqвam administrasse ac itaqвe ex eorum catalogo jure expungendum esse.

Pag. 30. l. . . Pat vas es hann toc byggva landit, XIIIII vetrom epa XV fyr en cristni qvæmi her a Island]. Ericum ruffum ob homocidia ex Islandiâ exulem Grónlandiam anno Chr. 981 invenisse ex Libro originum Islandiæ et Olai Tryggonii vita indubie colligi potest, qvamvis alii ann. 982 hoc accidisse velint. Coloniam vero anno 986 eò deduxisse memorant sæpius allegati Annales Reseniani et Scalholtini aliiqve.<sup>1</sup> De dicta autem Erici in Grónlandiam migratione ante memorata Olai Tryggonii vita et Originum Islandiæ liber iisdem verbis ita loqvuntur:<sup>2</sup>

Pat var XV vetrum fyrren kristni Gesta sunt hæc 15 annis ante var i log tekin a Islandi. religionem in Islandiâ publice susceptam.<sup>3</sup>

Ex hoc loco ut et auctoris nostri verbis Grónlandiam anno 985 inhabitari coepisse docemur, primus enim, ante religionem in Islandiâ anno 1000 susceptam, annus erat Christi 999, secundus 998 ac itaqвe decimus qvintus in annum Christi 985 incidit.

Pag. . . lin. . . Olaf rex Tryggvason]. Olavum Tryggvonum non anno Christi 968, uti qvidam scribunt, sed anno 969 natum esse, asserunt vita illius et antedicti Annales Reseniani. Is è Norvegia mox profugus, postqvam in Sveciâ, Estonia, Novogardiæ regno (Russia), Sclaviâ, Hibernia et alibi ætatem transegerat, anno ætatis XXV, i. e. Christi 994 in Angliâ baptizatus est tradente id illius vita, qvæ tamen sibi ipsi contraria annum baptismatis illius ponit 993. De anno 994 consentit Simeon Dunelmensis, qvi una cum Bromtono eum Anlafum nominat. Anno seqvente

<sup>1</sup> I randen: vid. Anat. Blefk. <sup>2</sup> Hele dette stykke er overstreget, men kan ikke godt undv res. — Nederst i randen er skr.: Hic locus auctoris nostri falsitatem diplomatis Ansgariani abunde monstrat. <sup>3</sup> I randen er tf.: pat var xiiiij vetrum fyrir kristni logtekna a Islandi Eyrbyggia S.

995 (aliis minus recte 996) Olavus ad sceptrum Norvegiæ pervenit, testibus vitâ illius et plurimis annalibus. Rex de ecclesia Dei in Norvegia, Islandiâ, Færóis insulis et Gronlandia bene meritus. Occisus tandem, vel, ut alii volunt, regno exutus, anno Christi 1000, uti ex illius vita inferius clarum fiet.

Pag. . . lin. . . Hann sendi hingat til landz prest þann er het Pangbrandr]. Thangbrandum huncce Vilbaldi comitis Bremensis filium fuisse tradit Olavi Tryggvonii vita. Theobrandum nominat Theodricus Historiæ suæ Norveg. cap. 12. Qvo autem anno in Islandiam ablegatus sit Thangbrandus his verbis nos docet dicta Olavi Tryggvonii vita:

Þa er Olafr konongr Tryggva- Cum rex Olavus Tryggonis fi-  
son hafdi tva vetr raðit Noregi, lius Norvegiæ biennio præfuis-  
sendi hann Pangbrand prest til set, Thangbrandum sacerdotem  
in Islandiam ablegavit.

Anno itaqve 997, uti doctissimus Arngrimus Crymog. pag. 104 et Comment. Island. pag. 57 b. recte observavit, hanc legationem obiit Thangbrandus, qvi cum in Islandia secundum Olavi Tryggvonii vitam biennium transegisset, in Norvegiam anno 999 re parum feliciter gestâ rediit.

Pag. 34 lin. . . Scylldi sva coma til alþingis es X vicor véri af sumri. en þangat til qvomo menn vicu fyrr]. Æstatis initium ad diem 25 Maii refert versus antiquus: Æstuat Urbanus.

Fasti Danici ab Wormio editi in 14. Aprilis figunt, qvem et Norvegos tempore regis Haqvini Haqvinii pro æstatis initio habuisse ex illius vitâ colligitur, ubi ait:

Þa var sva fram komit ari, at Tum (anno 1240) anni compu-  
paska aftan var sumardagr hinn tus talis erat, ut Vigilia festi Pa-  
fyrsti. schatos (qvod hoc anno incidit  
in 15. Apr.), primus esset æstatis dies.

Idem de illis confirmat Wormius, Fast. Danic. p. 113. — Apud Islandos vero, more a majoribus accepto dies Jovis qvæ festum Magni comitis Orcadensis (ɔ: 16. Aprilis) proximè anteit æstatem perpetuo inchoat: Dominic. scilicet D, 9. Aprilis, E 10, F 11, G

12, A 13, B 14, C 15: uti antea dictum. Hinc antiquissimorum Islandiæ comitiorum tempus facile dispalescit, qvæ, ut noster ait, post exactas novem æstatis septimanas cœperunt, anno scilicet qvi apud christianas nationes dominicalem habuit D die 11. Junii, E 12, F 13, G 14, A 15, B 16, C 17. Hæc comitiorum initia anno 999, nostro teste, loco mota sunt ac post decem æstatis septimanas celebrari jussa, Dominic. scilicet D 18 Junii, E 19, F 20, G 21, A 22, B 23, C 24: unde in sæpedicto LL. codice Gragas tit. Pingskapapætti:

Goþar allir scolo koma til þings Toparchæ omnes comitiis ades-  
fimta dag viku er X vikur eru se debent feria qvinta hebdo-  
madæ, cum æstatis decem sep-  
timanæ fluxerint.

Confirmat hæc Sturlungorum vita, in qvâ Haflidus, Thorgilsum Oddæ filium ab aditu comitiorum arcere volens, comitiorum locum pridie festum Joh. baptistæ una cum cæteris adiisse dicitur, qvod ex Hist. religionis Christ. in Islandiam introductæ multisqve annalibus anno 1121, qvi dominic. habuit B, contigisse discimus. Hæc eadem sunt comitia, de qvorum initio vetusta apud Arngrimum Crymog. p. m. 75 extat calendarii regula:

Fra fardogum þa vi. vikur eru A dierum mutandis habitationi-  
af sumri eru iiiii. vikur til al- bus dicatorum primo, qvi sep-  
pingis hins forna. timam æstatis septimanam in-  
choat, usqve ad comitia antiqua,  
qvatuor sunt hebdomades.

Heic comitia antiqua nominantur, respectu ad hodierna Is-  
landorum comitia habitu, qvæ, præcipiente olim in memorato  
sæpius LL. codice Jarnsido rege Haqvino Haqvinio, et posterius  
in suis legibus filio Magno, pridie festum Petri et Pauli, ɔ: die  
28. Junii qvotannis freqventantur. Dictam autem calendarii re-  
gulam cum Idibus Maii circa qvos comitia cœpisse pag. cit. asse-  
rit Arngrimus conciliare, arduum videtur, præsertim cum ex  
superius allatis pateat comitiorum initia, qvibus hæc regula ex-  
amussim convenit, longe ab Idibus Maii abfuisse. Cæterum con-  
ventus, qvem Arngrimus comitia esse credidit, sine dubio ille

est, qvem in qvâvis nomarchia verno tempore prisci celebrarunt Islandi, ac varþing, ɔ: vernalem conventum dixerunt, cuius et in regis Magni LL. codice vulgo Jonsboc tit. Bunadarb. cap. 12 mentio incidit. De hoc conventu sæpius citatus LL. codex Gragas tit. Pingskapaþætti ita ait:

Ver skolom eiga varþing a landi Conventus vernalis in terrâ voro. Skolo gópar þrir eiga þing nostrâ nobis sunt celebrandi saman. et m o x. Varþing skolo qvorum singulos tres toparchæ þeir eigi eiga siparr enn VI vicor freqventare debent. Conventus se af sumri er lokit er socnar- autem vernalis posterius celeþingi. Varþing skal eigi fyrr vera brare non licet qvam ut ante enn iii. se af sumri er þeir coma septimææstatis hebdomadæ initium causarum actiones finitæ till. sint. Nec conventus vernalis prius adire licet qvam post completas qvatuor æstatis septimanæ.

Hunc conventum non procul ab Idibus Maii celebratum fuisse ex citato loco patet, ad cujus faciliorem intellectum hæc addere libet: Si dominicalis esset D, conventum vernalem ante diem 7 Maii et post 20 Maji celebrare non licuit, dominic. E, ante 8 Maii et post 21, F ante 9, post 22, G ante 10, post 23, A ante 11, post 24, B ante 12, post 25. Dom. C. Conventus vernalis diebus Maii 13, 26 aut intermediis, non vero prius nec posterius celebrandus erat.

Pag. . . lin. . . Hann hafþi aþr secr orþit fiorbaugs maþr of góþgo etc.]. Stefnero Thorgils filio, qui anno Christi 996 auspicis Olai Tryggvoni Christi nomen in Islandiâ propagare conatus est, fana et deorum aras destruere et violare præsumente, in comitiis suis lege sanciverunt Islandi, ut qvicunqve in deos comitia diceret eosve injuria vel dedecore afficeret, exilio puniatur. Olai Tryggonii vita hæc seqventibus verbis tradente: Varpat i log tekit a alþingi at hvern þann mann skyldi giora sekian oc utlaga er lastaþi góþin, eþr giorþi þeim nockura meingiord. Hialto itaqve cum carmine in Odinum et Freyam deos invehere-

tur, exilium subire coactus est; carmen autem ex Niali vita de-sumptum ita integrum sonat:

Spari ek eigi góþ geyia  
grey þíki mer Freyia  
æ mun annat tveggia  
Opinn grey eþr Freyia. h. e.  
Non dubito in deos convitia dicere,  
pro nihilo æstimo Freyam.  
Semper alter uter  
Odinus aut Freya nihili erit.

Pag. . . lin. . . I staþ þann i hia Olfoss vatni er kallaþr er Vellankatla]. Maximum alterum Islandiæ lacum, hodie Þingvallavatn, cuius in dissertatione de Islandia Sect. 1 Thesi IV. eruditissimus meminit Thorlacius olim Olfossvatn<sup>1</sup> dictum fuisse, ex hoc loco colligimus, cuius sinus qvidam exiguis angulusve, etiam num hodie Vellankatla dicitur prout nobis<sup>2</sup> locorum istorum gnari retulerunt.

Pag. . . l. . . Conungar or Norvegi oc or Danmorco hofþo haft ofriþ oc orrostor a miþli sin]. Eadem recensuisse Thorgerum tradit Olai Tryggvonii vita, suppressis tamen, veluti heic, regum ipsorum nominibus, qvæ in antiquitatibus nostris vix etiam invenies exceptâ solum Historia de religionis christianæ in Islandia plantatione, qvam e msto. qvodam nuper in lucem protraxit sæpius laudatus<sup>3</sup> Theod. Thorlacius Scalholensis episcopus. Hoc dum pag. 20 eandem refert historiam, Daniae regem Dagum nominat, Norvegiae vero Tryggvonom. Qvos, si veri sunt, cum inter illos dictorum regnum monarchas, de qibus minus dubitamus, nullibi appareant, illis antiquiores esse oportet, nisi, qvod et verisimilius est, dictorum regnum territoriis qibusdam non vero integris regnis præfuisse statuendum videatur. Quicquid sit, de eorum nominibus viri eruditæ industria in lucem editis merito nobis gratulamur.

Pag. 42 l. . . Of barna utburþ scylldo standa en forno log oc

<sup>1</sup> Som note hertil: bær þar hiá heiter og ólvesvatn. <sup>2</sup> Som note hertil: ipsi postea didicimus oculariter omnia observando. <sup>3</sup> Fra -datus skrevet med anden hånd efter Árnis original på det følg. blad, der er udstreget.

of hrossakiotz át]. De infantum expositione qvales habuerint leges Islandi adhuc ethnici monstrat Thorsteni Tauripedis vita<sup>1</sup> his verbis :

Enn þat var þa log i þann tima Permittebant ejus temporis leat ut skyldi bera urikra manna ges, ut pauperum infantes si baurn ef villdi oc þotti þo eigi placeret exponerentur, qvamvis ita facere pro honesto non haberetur.

Consentit Gunnlóigi ophiglotti vita, cujus hæc sunt verba :

Pat var þa sidvani nockurra, Qvibusdam eo tempore mos því at alltvar alheidit. þeir menn fuit, cum omnes ethnici essent, er felitlir voru oc stop til omegþ si paupertas prolesqve numebaru ut born sin oc þotti þo illa rosa urgeret, ut infantes suos giort avallt. exponerent, qvod tamen pro dishonesto semper habebatur.

Præcipue autem si illi, qvibus ad enutriendum liberos suos facultates suppeterbant, eos tam inhumaniter tractari facerent pro scelesto habebatur, uti è Thorgerdæ ad maritum Asbernū propriam prolem exponi jubentem verbis discimus, qvæ Finn-bogi robusti vita talia recenset:

Petta væri it uheyrligsta bragd Inaudita hæc esset crudelitas si þoat fatækr madr giordi, en nu pauper hoc faceret, multo vero allra hellzt er ydr skortir ecki major, cum pecunia tibi non gotz. desit.

Expositorum exempla præbent Thorchillus krafla ex Watz-dalensium hisoria.<sup>2</sup>

Finnbogus<sup>3</sup> robustus, ex illius vita, Thorstenus tauripes ex sua ipsius vitâ. De esu vero carnis eqvinæ qvid statuerint Islandi Olai sancti vita his refert:

Peir saugdo honum þatfrakrist- Retulerunt S. Olao Islandi reli-ni halldinu, at þat væri lofat i gionem hoc modo in Islandia

<sup>1</sup> Herover skr. fabula. <sup>2</sup> På løs seddel: Um barna utburd vide Holm-veriasøgu pagg. 9, 11. <sup>3</sup> Herfra til asserit med en anden hånd, men uden tvivl afskrift af Árnis egen orig.

logum á Islandi at eta hross oc observari, ut more ethnico carne bera ut born sem heidnir menn eqvinâ vesci infantesqve expogiordu.

nere legibus permissum esset.

Exempla<sup>1</sup> esarum in Islandiâ, nisi urgente fame, carnium eqvinarum, hac vice non occurunt, præter id qvod Bardi Snæfellzáss, o: nivei montis dei, vita, ingens fabularum cento, gigantes, ad nuptias Thordi et Solrunæ in antro qvodam celebratas, invitatos, carnisbus humanis et eqvinis pro cibis usos fuisse asserit.

Pag. 44 l. . . Sípar fóm vetrom var su heipni afnumin]. Durarunt christanis indigna hæc statuta usqve ad tempora Sancti Olai, uti ex citato nuper loco apparet, abolita tandem dicti regis auspiciis anno Christi 1016, verba vitæ illius de his agentia ita sonant:

Hann sendi ord oc iartegnir Rex S. Olaus Scaptoni nomo-Skpta logmanni oc odrum phylacialiisqve, qvos maximam þeim monnom er mest redo a in Islandiâ legum ferendarum Islandi logom peirra. Hann potestatem habere novit, nuntia sendi þeim til þess ord, at taka et signa misit, rogans, ut e legi- or logom peirra þat er honom bus suis abrogarent ea, qvæ chri- þotti mest kristnispell i vera. stianis moribus maxime adver- sari judicabat.

Memorat præterea eadem historia Islandos ad mentem S. Olai jus suum ecclesiasticum conformasse, qvod ante annum 1024 factum esse è contextu facile liqvet, verba hæc sunt:

Þat var eptir er Islendingar Acta sunt hæc postqvam Islandi hofþo fært log sin oc sett kristin- leges suas mutaverant, ac jus

<sup>1</sup> Hertil note med Árnis egen hånd: imo vero, vide Eyrbyggjasögu p. m. 33 þar sem talar um stód Þorbiarnar digra. — På blad er tilf. med anden hånd: Þegar kristnen var logtekin orden a Islandi og hrossakjótsát var halldit firir kristnispjöll. kvartade Bergþora' kona Njáls yfer bessarre skad-legu umbreiting, propter rationes œconomicas og sagde ad nú væri geing-enn su oldd þa 50. hrossa hefdu til buss logd verid á hennar bæ Bergþors-hvole árlega; Relatio á Islande, sed qvæ nugatoria est, etenim esus carnium epvinarum primo abrogatus est circa annum 1016, quadriennio vel qvinq-uennio post absumptos scelesti incendio Nialum et prædictam ejus uxorem Bergþoram. Nota dicterium Skarphedins vid Porkel hák um rass-garnarenda merarennar.

rett eptir því sem Olafr konungr ecclesiasticum prout rex Olaus hafdi þeim orþ til sent. ab iis per nuntios petierat, constituerant.

Qvale autem hoc jus ecclesiasticum fuerit, non satis liquet. Illud enim qvod rex Olaus promulgasse memoratur, nullibi, qvod notum sit, hodie superat, excepto illo, qvod a filio Magno bono revisum continet antea citatus LL. Gulathingensium Codex Rantzovianus. Nec jus ecclesiasticum qvod in notis ad jus Aulicum Norv. singulis ferè paginis allegat Janus Dolmerus ac S. Olao assignat ulla ratione, ut docti viri pace dicam, ei adscribi potest, utpote ab Arna episcopo Scalholensi, v. historiam illius 1274, accurate asserit, cum per diæcesin Scalholtensem in Islandiâ anno 1275 pro lege receptum sit, uti ex Templi Scalholtini codice membraneo leges Island. hodiernas et varia episcoporum statuta continente didici, qvi de hac re ita: Attamen conjectare licet dicti juris ecclesiastici, ab Islandis ad S. Olai nutum compositi, vestigia in illis canonibus ecclesiasticis remanere, qvos jus ecclesiasticum vetus, Kristinna laga þatt hinn forna<sup>1</sup> vocant, ac à Thorlaco Scalholensi et Chetillo Holensi episcopis, qvorum hic ut antea diximus 1122 ordinatus est, obiitqve 1145, ille vero 1118 ordinatus, 1133 decessit, accedentibus Adzeri archiepiscopi Lundensis multorumqve Islandiæ sacerdotum consiliis, lati sunt, qvorum promulgationem eruditiss. Arngrimus Crymog. pag. 82 ad Bergthori nomophylacis (qvi secundum illum 1121 munus depositum) tempora restringit, et pag. 226 sententiâ paullulum diversâ ad annum 1122 refert, ego autem inter annos 1122 et 1133 promulgatos esse tutissime dicerem, cum antiquitates nostræ annum præcisè non definiant.

Pag. 44 l... Olafr Tryggvason fell et sama sumar etc.]. Islandos Christianam suscepisse religionem eo ipso anno, qvo rex Olavus Tryggvonus cæsus est, auctor noster et reliqui omnes Islandorum historici, qvi de hac re scripserunt, unanimi consensu tradunt. Olavum vero anno Christi 1000 cæsum vel regno exutum perhibent omnes, qvos vidi, Islandorum annales, con-

<sup>1</sup> Hertil i randen: Consentit Arnonis Thorlacii episcopi Scalholt. vita.

sentiente in fine capitum nostro, et fusissimè vita Olavi Tryggvoni, quæ de hac re ita loquitur:

Sva er sagt, at pessi orrosta hafi verit a odrum degi viku, hinn fimta Idusdag Septembris manadar. Pat er einni nott eptir Mariu messo hina síðari. Pa var ludit fra holldgan vars drottins Jhesu Kristi M. ara.

Traditur hæc pugna (in quâ rex Olavus cecidit) stetisse feria secunda hebdomadis, V. Idus mensis Septembris, id est postridie nativitatis beatæ Mariæ. Tunc ab incarnatione domini nostri Jesu Christi mille anni effluxerant.

Pag. 46 lin. . . Prir ermskir, Petrus etc.]. Petrum, Abrahamum et Stephanum ex Armeniâ (af Armenia) fuisse asserit Appendix libri originum Island.

Ermland Armenia i Romveriasögum capite cuius initium: Er Pompeius bardiz vid vikinga.

Ermland et Ermland iþ mikla ɔ: Armenia, Armenia major Asiæ regio in mappa geographicâ totius orbis in antiquissimo volumine membraneo in folio bibliothecæ Resenianæ.

Ermland patronymicum producit ermskr.  
Ermland Prussiæ provincia, latinâ Warmia, Pogesaniam, Pomesaniam, Sossaviam, Galindiam, Bartoniam et Natangiam, Prussiæ itidem partes in circuitu habet, de hac Warmiâ inspici possunt chartæ geographicæ et descriptio regni Poloniæ edita . . . 1627 apud Elzevirios.

Ex Petri Dusburgii chronico Prussiæ eiisque annexâ Christophori Hartknochii dissertatione XIII nec non Alberti Krantzii Wandaliæ lib. VII. cap. 21. appareat Prussos maximam partem gentiles fuisse, usque dum post annum Christi 1215 à fratribus cruciferis ordinis Teutonici superati et ad Christianam religionem conversi sunt. Vide Ernstii notas in Genealog. regum Dan. pag. 62. Itaque, si dicere vellemus, Petrum hunc, Abrahamum et Stephanum ex istâ Ermlandia (Warmiâ) fuisse, necessariò statuendum erit, isti regioni eos ortum saltem debuisse, in aliis vero Germaniæ locis, ad fidem Christi dudum conversis, religione verâ imbutos ac ad dignitatem episcopalem promotos fuisse.

Pag. 46 l. . . Hann setti fimbardomslog]. Locum sine antiquissimum adjumento intellectu paullo difficultiorem in conterraneo-

rum gratiam enucleare convenit. Islandia antiquitus uti et hodie in quatuor partes, fiorþunga dictas, divisa erat, harum partium quævis in tres conventus, þing (rectius forte þing præfectura vel nomarchia dicitur, goþorþ toparchia), nominatos (quamvis enim pars borealis in quatuor conventus divisa sit, æqvè tamen multi ex hac quam ex cæteris ad comitia deputabantur, nostro pag. 26 testante). Conventus iterum singuli in tres nomarchias, goþorþ nuncupatas, distributæ sunt. Ex quamvis itaqve insulæ quartâ parte novem viri, unus scilicet ex quamvis toparchiâ, deputabantur, qui in comitiis inter suæ quartæ partis incolas litium arbitri essent, in cæterarum insulæ partium incolas nullam, ut videtur, jurisdictionem habentes, etiamsi judices hosce ex totâ insulâ numero 36 deputatos, omnes in uno loco jus administrasse certum sit. Dictorum judicum singulæ evnæðæs fiorþungsdomr, o: quartæ partis judicium vel judices dicebantur. Hæc ex antiquo LL. codice vulgo Gragas tit. Pingskappaþætti compendii faciendi gratia collegi. His quatuor judicum cohortibus à nomophylace Scaptone ut testatur auctor noster quinta addita est, fimbardomr, quintum judicium vel quinta judicum cohors dicta, constans judicibus, uti citatus LL. codex asserit, quadraginta octo. Horum 48 judicum officium erat de perjuriis aliisque in comitiis patratis criminibus è vestigio judicare. Fuere itaqve in totum judices in antiquis Islandæ comitiis jus administrantes numero 84, quorum numerum non parum adauxit rex Haquinus, ubi in antememorato LL. codice Jarnsido centum triginta viros, ex conventu scilicet Mulensi 6, ex Scaptafellensi 6, ex Rangaensi 15, ex Arnesensi 20, ex Kialnesensi 15, ex Thveraensi 15, ex Thorsnesensi 12, ex Thorsfiordensi 8, ex Hunavatnensi 10, ex Hegranesensi 15, ex Vodlensi 12, ex Eyensi (ita Thingeyensem vocat) 6, comitia qvotannis freqventare jussit, ac ex iis triginta sex, tres scilicet ex quamvis præfecturâ delectos, judices esse. Ad priorem autem numerum probe attendens filius rex Magnus suis in Islandiam circa annum 1280 missis legibus, 84 viros nimirum, ex conventu Mulensi 6, ex Scaptafellensi 6, ex Rangaensi 8, ex Arnesensi 12, ex Kialnesensi 9, ex Thveraensi 8, ex Thorsnesensi 6, ex Thorsfiordensi 5, ex Hunvatnensi 6, ex Hegranesensi 8, ex Vodlensi 6 ac ex Thingeyensi 4, comitiis quo-

tannis adesse jussit, sed ex his tantum triginta sex causarum arbitros esse, qvi mos etiam in Islandiâ hodie observatur. Horum numerum aliquanto adhuc minorem effectit Magni filius Haqvinus diplomate suo (qvod ex LL. Islandicarum codice membraneo in bibliothecâ antelaudati patroni mei Th. Bartholini extante exscrispsi) dato Tunsbergis anno regni sexto, jubens ex Mulensi conventu tres viros comitia frequentare, ex Scaptafellensi tres, ex Rangaensi qvatuor, ex Thveraensi 4, ex Arnesensi 6, ex Kialnesensi 4, ex Thorsnesensi 3, ex Thorsfjordensi 3, ex Hunavatnensi 6, ex Hegranesensi 3, ex Vodlensi [3], ex Thingeyensi 3, qvod si ex Mulensi conventu, scriptoris incuriâ hic omissa, sex ex conjecturâ addantur, numerus antedicto qvinto judicio similis sc. 48 resultat. Cur autem dictum regis Haqvini diploma ab Islandis receptum non sit (hodie enim non observari constat) parum liqvet.

Cap. 8. Hann setti fimbardoms lög] vide Nials sôgu þar sem Valgardr talar vid Môrd son sinn et præcipuè NB Gragasam Regiam pag. 98 et omnino Nials sôgu i þeim capitula er talar um gipting og godordztekiu Hôskulldar Hvitaness goda.<sup>1</sup>

Pag. 46. l. . . Engi vegandi scylldi lysa vig[i] a hendr oprom manni en ser]. Perpetrati homicidii occultatio inter veteres nefaria habita est, omnique honestate carens, nullam denique satisfactionem legum admittens, qvam alias exsolvere gratiamque cum propinquioribus interfecti inire, aperto marte enecanti olim haud raro contigit, eapropter qvilibet sincerus et integer furtivo homicidio famam dehonestare conscientiamve lædere abhorruit;<sup>2</sup> ut in Wormii Lex. runico sub vocula viglysing loquitur Magnus Olavius. Hinc cuivis ingenuo et candido occisoru in antiquo LL. codice, Gragas dicto, talis lex posita:

Scal vegandi lysa vige a hond Occisor cædem à se commissam ser oc qveda a fyrr nockurum profiteatur, ac coram uno vel monnum laugfostum. oc þo er pluribus viris legitimum domirett at hann segi einum log- cilium habentibus locum in quo faustum karlmanne hvar fundr convenerant exponat, nomen-peirra varþ oc nefna hann, oc que occisi referat, aut si placeat

<sup>1</sup> Dette på en seddel. <sup>2</sup> Fra Perpetrati og hertil understreget som citat.

er þo rett, at hann skyri þat eigi meir en hann segiz bani hins. illius occisorem solum confisus est hann geck af daupom manni, tendo si occisum mortuum rehann scal lyst hafa samdogrís liqverit. Eodem autem die, si ef hann ma. En ef hann ma fieri possit, cædem publicare debet. Qvod si ob imminentia vitæ pericula fieri non possit primâ occasione homicidium profiteatur.

Qvali verborum formâ patrata cædes publicari debeat idem exponit LL. codex :

Hann scal fara til næsta bðiar pess er hann hyggi ohætt fiorvi sino vera muno fyrir þa soc oc aþra oc segia þar til logfostum manni, einom eþr fleirom, oc nefna hann a nafn hinn sara ef hann veit oc kveþa a þessa lund Ad proximam habitationem procedat, ubi vitæ suæ nullum periculum metuit, ac ibi coram uno vel pluribus viris legitimum domicilium habentibus factum confiteatur, vulneratumque si noverit nomine exprimat talia- at: Fundr ockarr N. varþ oc qve verba proferat: Ego et N. kveþa a hvar varþ. oc lysi ec convenimus, dicatqve ubi con- mer a hond allan þann averca sem a hanom er unninn. Lysi qvæ in eo apparent me aucto- ec sár ef at sarum gioriz, enn rem esse pronuntio. Vulnera, si vig ef at vigi gioriz. convalescat, cædem vero, si intereat, me ei inflixisse fateor.

Talis occisor vegandi, ɔ: apertus homicida priscis vocabatur Islandis, cædesqve patrata vig ɔ: apertum homicidium, qvæ qvamvis capite luenda esset secundum citatum LL. codicem :

Scoggangr ver manni ef hann Si qvis virum vel feminam occidat, capitale esto,

nihil tamen existimationis suæ, nominisve honestatis perdidit auctor. Si vero cædem commissam non publicaret, mordungi ɔ: furtivus et infamis sicarius dicebatur, cædesqve ipsa mord, ɔ: clamdestinum ac infame homicidium, cuius talem definitionem sæpedictus LL. codex promit:

Þa er mord ef maþr leynir meira Furtivum homicidium est, si lut manna i repp. eþr hylr hræ occisor majorem pentarchiæ in- til launar. eþr gengr eigi i gegn. colarum partem factum celet, aut, ut occultet, cadaver operiat, aut factum non confiteatur.

Talis sicarius non secus ac alter ille capitis reus erat his ver- bis sæpefato codice:

Ef maþr myrþir mann oc ver Si qvis alterum clam occidat, þat scoggang. capite poenam dato.

Capitis autem supplicio adjuncta erat æterna infamia cum no- minis diminutione. Cæterum abrogatâ Gragasâ rex Haqvinus dictam cædis publicationem aboleri nolens eam autedicto LL. suarum codice Jarnsido inseruit, ubi tit. Mannhelgi hunc in modum legitur:

Lyst scal vigi samdögris innan Occisor cædem eodem ac patra- herads oc nefna sek a nafn oc ta est die intra territorium pu- nattstad sinn oc herad þat er blicare debet, nomenqve suum, hann er or oc lysi til frials manz noctisqve proximæ hospitium ac territorium in qvo habitat profiteri. Coram libero homine id facere debet, verumqve suum nomen exponere.

Hanc confessionem tantum valere voluit ut qvi eam perageret bonorum tantum mobilium confiscationem pateretur, qvi vero omitteret, cum infamia capite plecteretur. Verba codicis Jarn- sido hæc sunt:

Ef maþr veðr mann, þa hefir Si qvis alterum occidat, omnia hann fyrirgiort ollu því er hann bona sua, solo excepto fundo, atti nema iordu sinni einni. perdidit. Tertia infamis cædes Pat er hit þriþia (skemdarvig) est, si qvis alterum clam occidat. ef maþr myrþir mann.

Homicidam similiter commissum crimen confiteri, ac si id faceret, exilio tantum puniri, alias cum infamiae nomine capite

pænam luere, jussit in suo Islandis promulgato LL. codice fit. Mannhelgi capp. 1, 2 et 10 rex Magnus lagabætir. Huius autem sceleris pænam aliquantum intendit rex Magnus Smeckus, cuius in diplomate Islandis anno regni 24 promulgato hæc verba leguntur:

Fyrir biodum ver at þeir menn onnur skemdarvig vinna færiz af landinu nema vor serlig bref eda bod komi þar til.	Prohibemus illos qvi innocentem saklausa menn drepa edr tes homines occidunt aut alias infames caedes patrant ex Islandia devehi, nisi specialibus no- stris diplomatibus mandatisve jubeatur.
---	--

Capitalis autem pænæ veniam homicidas in septentrionalibus hisce regnis ubivis obtinuisse indubie adstruitur ex Juris Sælandici lib. III. cap. 10, Cimbrici lib. III. cap. 21, 22, 23, Scanici lib. V. cap. 1, 3, legum Frostathingensium, Gulathingensium et Eidsiviathingensium tit. Mannhelgi cap. 1; legum Uplandicarum tit. Manh. balker cap. 9, Ostrogothicarum tit. Drapabalker cap. 10, Helsingicarum tit. Manh. balker cap. 38, qvam perniciosam pænæ facilitatem cum per Daniæ regnum abrogaret gloriosissimus justitiæ propagator Christianus Tertius in recessus sui Artic. 21 cædem capite expiari jubens, Islandos, illius imperio obnoxios dictam homicidii indulgentiam e legibus suis penitus tandem eliminasse verisimile est, apud qvos hodie non secus ac alias justitiæ amantes nationes, homicidium, sive confessum, sive occultatum, nullo nisi capite expiatur.

Pag. 46 l. . . Aþr voro her slic log of þat sem i Norvegi]. Qvalest hæ fuerint leges non satis liqvet, attamen lucem aliquam loco huic adferre credo qvæ ex antedicto LL. Gulathingensium Codice Rantzoviano exscripsi:

Nu ganga menn fiorer at gotu er einn oc verþr þare inn mannz- bane oc vigr at óþrom sinum er i for meþ þeim þa er hann mannz bane ef þeir vilia hanom kenna.	Si e qvatuor iter simul facienti- bus unus homicida fiat, comi- bane tumqve suorum aliquem inter- fórunt, þa er sa mannzbane ficiat, qvi a reliqvis duobus er einn er a sinu male. Ef þræll er i for servus eos comitetur, is, si reliqvis ita dicere placeat, oc- cisior esto.
---	--

Iniqva sanè lex et absurdia, sed qvâ aliam de homicidio non minus a justo absonam prisci habuerunt Islandi eam his verbis Viga-Glumi vita recenset:

Pat voro log þar at menn fellu Lex erat, ut ubi par virorum iammargir at þat skyldi kalla numerus, qvamvis imparis digiamvegit þott manna munr þætti nitatis, utrinqve caderet, pro vera. enn þeir er aviga urþu æqvâ cæde haberetur, pars vero skyldu kiosa mann til eftir e qva plures cecidere occisorum hvern mæla skyldi. enn þott unum eligeret de cuius nece accnockut kinni þat i malum at cusaret, qvamvis autem aliquid gioraz siparr er betra þætti at causæ postea accideret, ut aliter hafa annan veg kosit, þa skyldi elegisse melius videretur, electionem immutare non licuit.

Pag. 48. lin. . . A eno sama ari oc Olafur enn digri fell etc.]. Olavus Haraldi filius, cognomine crassus, ac post mortem sanctus dictus, natus est anno Christi 995, testantibus vitâ ipsius et Annalibus Resenianis. Anno 997 baptizatus est, compatriis officium præstante Olavo Tryggvonio Norvegiæ rege. Anno deinde 1007 piratica cœpit exercitia, qvibus per Daniam, Gothiam, Sveciam, Finnlandiam, Oseliam, Frisiā, Galliam, Angliam incubuit, usqve in annum Christi 1014 (aliis minus recte 1013) quo in Norvegiā rediit. Anno proximo 1015 cum maximo Norvegorum robore pugnans victor solium regale ascendit. Cum vero subditos severius tractare videretur, in eorum offensam incidit, adeo ut anno 1029 ē Norvegiā fugere necesse haberet. Anno 1030 rediens, in agro Stiklastadensi cum plurimis suorum cæsus est, qvem ad modum de anno necis ejus concordes ässerunt Auctor noster, Mathæus Westmonasteriensis, Rogerus de Hoveden, Simeon Dunelmensis, Radulfus de Diceto, Florentius Wigorniensis et omnes Islandorum annales. Diem cædis addit sancti Olavi vita, conveniens penitus Snorronis Chronicō Norveg. ubi ait:

Olafr konungr fell midvikudag- Rex Olavus cecidit die Mercu-  
inn hinn fiorda kal. Augusti. rii, qvarto calend. August.

De anno discrepans in die mensis consentit Theodricus mo-  
nachus Hist. Norv. cap. 19 ita scribens: Occubuit autem beatus

Olavus qvarto kal. Augusti, qvod tunc erat qvarta feria, anno ab incarnatione domini millesimo vicesimo nono. Aliter adhuc membrana qvædam Bibliothecæ Academicæ Hafniensis sub titulo Chronicon Danorum et præcipue Sialandiæ, qvæ de Sancti Olai cæde ita tradit (Resp. Dan. 149): MXXVIII Sanctus Olavus rex Normannorum in Sticlastath martyrizatus est. Sanctum Olaum occubuisse in Calendis Augusti feriâ qvarta millesimo et XXVIII anno ab incarnatione Domini similiter asserit Breviarium Archusiense ab eruditiss. Wormio Monumentorum Danic. pag. 507 allegatum. Errare autem tres hosce ultimos historicos ac sibi ipsi contrarios esse ex seqventibus patefiet. S. Olaum die 29 Julii cæsum esse tam certum est, ut dubitari nequeat, cum vita ipsius Snorroqve id ipsum tradant, Fastiqve insuper Danici, ab eruditissimo antiqvitatuum vindice Wormio in lucem editi pag. 113 dicto diei festum illius adscribant, nec non sæpedicta dies in Sveciâ S. Olao dicata fuerit ac dicta festum duplex teste in præfatione ad Sancti Olai historiam rhythmicam Joh. Hadorphio, adde qvod in Islandiâ rusticus vix inveniatur, qvi sæpedictum diem Julii 29 Olafsmessu fyrri ɔ: S. Olai festum prius nominare non norit, ad differentiam scilicet diei 3. Augusti, qvi iisdem communiter dicitur Olafsmessa siþari, ɔ: S. Olai festum posterius eò qvod S. Olai corpus eo die effossum ac in templum D. Clementis Nidrosiense translatum sit, uti vita illius hæc fusius perseqvitur. Sæpedictum autem cædis S. Olai diem in feriam qvartam incidisse, indubiè asserunt Theodricus, Snorro et S. Olai vita, qvod in prædictis annis, ultimo tantum sc. 1030 contigit utpote qvo dominic. lit. erat D, paschatisqve festum in diem Martii 29 incidit, unde Aprilis diem 26, Maii 31, Junii 28 et Julii 26 dies fuisse dominicos facile computatur. Anno vero 1029 dominic. E. Paschatos festum in 6. Aprilis incidit ac itaqve dies 29 Julii in hebdomadis feriam tertiam. Et anno 1028, qvi dominic. habuit GF, qvo et calendæ Augusti non in feriam qvartam sev diem Mercurii, sed in feriam quintam vel diem Jovis incidebant, dies 14 Aprilis erat feria prima paschatos, unde dictum Julii diem 29 in diem lunæ incidisse certum est.

Pag. 48. l... Isleifr Gizorarson ens hvita vas vigþr til bishops a dogom Harallz Norvegs conungs etc.]. Haraldum Sigurdi filium,

Sancti Olavi fratrem uterinum, anno Christi 1015 natum esse ex Sancti Olavi vita colligitur. Hic, uti Snorro et alii tradunt, post fratribus Olavi cædem in Russiam se recepit ac postea in Græciam profectus est. Ubi et in Africâ postqvam magnas res gessisset, in Russiam anno 1044 reversus est. Biennio post, anno nimirum 1046, à Magno bono in societatem regni adscitus, uti rectè computatur in antiquissimis annalibus bibliothecæ Resenianæ, consentientibus Snorrone in suâ historia Norvegicâ et Knytlingorum (ɔ: Canuti magni nepotum) historia,<sup>1</sup> qvicqvid de anno 1047 tradant sæpius memorati annales Scalholtini et adhuc pejus de anno 1848 Joh. Svaningius in Chronologia Danicâ. Haraldum autem anno 1066 (non 1065 ut qvisbusdam visum) obiisse inferius dicitur. Hujus Haraldi tempore, anno nempe Christi 1056, uti tradunt sæpius memorati annales Reseniani, Schalholtini et chartacei, nostro pag. 52 nil dissentiente (non vero 1057, ut qibusdam creditum, nec 1070 uti Crantzius voluit) Isleifus ab Adalberto Bremensi archiepiscopo in episcopum Islandiæ consecratus est, feria 1. pentecostes, qvæ tum erat 26. dies Maji, uti rem totam Hungrvaka antedicta fusius recenset.

Haraldum huncce scriptores Anglii abavi cognomine insigniunt,<sup>2</sup> ac Harseg, Harefag, Harfan, Harvager, Harvagra nuncupant. Illum ab Haraldo Godwini Angliæ rege anno Christi 1066 cæsum esse, unanimi consensu tradunt Rogerus de Hoveden, Mathæus Westmonasteriensis, Simeon Dunelmensis, Radulfus de Diceto, Joh. Bromton, Flor. Wigoriensis et Theodricus monachus Hist. Norveg. cap. 28, omnibus Islandorum Annalibus plenum addentibus consensum.

Pag. 50 l. . . Collr er var í vic austr]. Per<sup>3</sup> orientem Islandos Norvegiæ significasse antea significavimus. Vicam vero, hodie Vigen, Norvegiæ provinciam, ejusqve limites Petrus Claudii in sua Norvegiæ Descript. pagg. 19 et seqq. luculenter satis delineavit. Hic vero per Vic intelligit noster non totam provinciam sed urbem tantum Asloensem non secus ac urbs Nidrosiensis Adamo Bremensi hodiernoqve sermoni Throndhemiæ nomine venit, cum

<sup>1</sup> På løst blad: Magnus og Haralldr riktu saman i Norege vetrinn 1046 —47 i Gautapætti. <sup>2</sup> I marginen: Item Ailnotus si recte memini. <sup>3</sup> I randen: lege Kolr.

reverâ integræ nomen sit provinciæ, uti ex Chron. Norv. qvavis ferè pagina liqvet. Advocari ad partes posset Adamus Br. antememoratus, cuius editiones in Descriptione regionum aqvilonarium nominant Wig civitatem Nordmannorum nisi mstum Bibliothecæ Academicæ Hafniensis Ad. Brem. pro civitate ibidem haberet provinciam. Cæterum Colus cuius hic meminit noster episcopus fuit Asloensis, ordine qvintus, Gerardum, Aslacum, Thorolfum et Asgotum ordine retrogrado prædecessores habens, prout ex pagina qvadam LI. Eidsiviathingensium, codici membraneo annexâ observavi, qvæ etiam successio cum Hvitfeldio in Chronico episcopp. exacte convenit.

Pag. 50 l. . . Teitr prestr fapir Hallz oc Porvalldr]. Msta et editio habent Porvalldz, sed perperam. Thorvaldus enim, non Teiti, sed Isleifi episcopi filius, ac Teiti et Gissuri, postea episcopi, fater fuit, prout hæc ex Hungrvóku, Sturlungorum historiâ et aliis abunde docemur.

Pag. 50 lin. . . Pat sumar er hann toc logsogn fell Haralldr rex a Englandi]. Vide qvæ de Haraldo superius diximus, ubi anno 1066 cæsum esse abunde est probatum.

Pag. 52 lin. . . Pa vas Leo septimus pavi]. Ita qvidem msta et editio, sed valde mendosè. Leo enim septimus consecratus est anno Christi 936, mortuus vero anno 939, testibus Cæsare Baronio, cardinale, Annal. eccles. tomo IX, Daniele Papebrochio in propylæo ad Acta sanctorum Maji, Setho Calvisio in Chronologiâ et aliis. Leonem IX pontificem substituunt vita S. Johannis episcopi Holensis, Historia religionis Christianæ in Islandiam introductæ, Sturlungorum historia et Appendix libri originum Islandicarum membranei, qvomodo et auctorem nostrum scripsisse non dubito. Cæterum adhuc res sibi non constat. Leo enim nonus, uti ex Baronio tom. XI., Papebrochio et Calvisio memoratis liqvet, anno 1049 ad pontificiam dignitatem evectus, anno 1054 decessit, biennio anteqvam consecraretur Isleifus. Huic Victor II. successit anno 1055, cuius pontificatus anno secundo Isleifum consecratum esse, temporum ratio evincit.

[På indsatte blade tilföjer Arne følgende:]

Med vigslu Isleifs byskups mun so saman hánga.

Are frodi seiger, ad þá hann vigdest hafe Leo VII. (corr. IX)

vered pafe. Hungrvaka seiger þar um vidlikt. Are seiger hann hafi allz vered byskup 24 vetur og daed 1080, og vill hann þá hann sie vigidur 1056 og þáð sama seigia aller annalar. Hungrvaka seiger og ad hann hafe byskup vered 24. ár enn dáed 1073 sò sem öll Exemplaria hallda. Yrdi hann eptir því consecreradur 1049. Þáð er omögulegt ad Ari hafi villst i aratólu hans byskupsdoms, so accurat madr sem hann var í óllu ódru, og hafde numed þetta af Halli i Haukadal og Teite Isleifssyne. Um annum obitus visse hann sialfur til. Hier med mun so (seige eg) saman hanga. Anno 1052 helldr enn 1053 mun Isleifur hafa utan fared til vigslu. [her overstreget stykke med bemærkning i marginen]. Erki-byskupenn i Brimum kann eins [dette ord burde udgå] varlega hafa viliad fara. So hefur þá Isleifr orded til Roms ad fara, funded á þeire leid Henrik keisara, og feinged af honum frii passa, komid so til Roms 1054 adr enn Leo IX<sup>us</sup> dó (þáð skedi i Aprili 1054). Leo hefur viliad expedera hann, enn dáed adr enn brefed utgeck. Epter Leonem var pafalaust nærri eitt ár, og vard Victor II. pafi 1055 a skirdag. Hann hefur einn hvern tima á þessu are expederad Isleif, sem so leinge hefur mátt bida i Italien. In confiniis annorum 1055 og 56 hefur Isleifr reist til baka til Pyskalandz, og komid so til Bremen, og vered þar vigdr á Hvitasunnu sem þá bar uppá 26. Maji og var 14. nottum fyrer Columba-messu enn eigi 4. einsog Hungurvaka seiger in Exemplaribus vitiosis. Epter vigslu sina hefur Isleifur reist nordur eptir, og med því ad eingenn skip geingu so seitn fra Noregi, sem hann þangad kom, þá vard hann ad bida þar veturnn 1056—57.

Petta hefr nu confunderad Ara og eigi gad ad neinu um Victorem, þó þáð sie aptur ad undra á so adgiætnum manne sem hann var.

Menn geta eigi sagt ad locus Ara sie corruptus, því þáð eru so marger gamler, sem skrifa þetta ut ur honum, enn um septimi nafn fyrir noni kynni hann liett mistekid hafa, þó er nær þáð sie corruptum því aller adrer hafa þáð nonus.

NB. Isleifr kynni hafa feinged sitt bref af Leone, enn orded síðan siukr, eda hindrast, inntil 1056. og því ecke vera geted nema Leonis, ahrærandi hans vigslutid, og þetta er liklegra enn hitt fyrra. [þetta mun óefad so vera (tilf. i randen)]. Hefur so Are

ætlad ad Leo hefdi leingur lifad, og ecki reflecterad uppá hvad hann heyrta hafdi um Victorem. NB ad gá ad hvert obitus Leonis og introitus Victoris II. standa i nockurum Islendskum Annalum.

Flateyar Annall lætr Victor vera ordenn pafa 1057. Annales Scalholt. 1058. Annales Reseniani antiquissimi hafa ei neitt um Leonem og Victorem. Annales Regii ecki helldur.<sup>1</sup>

Pag. 52, lin. . . Par vas ec þa meþ Teiti fostra minum XII. vetra gamall]. Ex hoc loco, ut et iis qvæ de Haraldi pulchricomi ætate superius diximus, facile colligitur priscos Islandos aliter qvam hodiernos annos ætatis hominum computasse; Aras enim, ut in vita ejus tradidimus, natus est anno 1067, anno igitur 1068 nativitatis ipso die unius anni erat, 1069 duorum, ac itaqve anno 1079 duodecim erat annorum; tempus vero a nativitatis ipsius die ad diem 5 Julii 1080, qvo obiit Islefus episcopus, cum integrum non conficeret annum, in hoc annorum ætatis numero omittitur. Alias ex hodiernâ Islandorum supputandi consuetudine anno 1080 tredecim fuisset annorum. Illi enim hodie, uti Fast. Dan. lib. 1 cap. 12 recte asserit antiquorum rituum callentissimus Wormius, annum (ætatis scilicet hominum, civilem enim, Christianos factos à Calendis Jan. inchoasse et etiamnum inchoare certum est) à festo natalitiorum ordiuntur, adeo ut qvi 24 decembris natus est, die ejusdem mensis 25 unius anni dicatur. Idqve ex regis Haqvini filii Magni lagabætis in diplomate qvodam tali constitutione:

Skal oc hedan af sa madr mær Vir ille virgo vel femina viginti eda kona tvitogr er hann hefir annorum esse censeatur, qvi XX jola nætr. viginti noctes natalitiorum festum præcedentes vixit,

qvem annorum computandorum morem an dictus Haqvinus introduxerit, an vero ante illius tempora in usu fuerit non satis liqvet.

Annum<sup>2</sup> à die nativitatis Christi (25. decembris) multi inchoârunt, inde discrimen chronologorum an Carolus Magnus anno

<sup>1</sup> Dette stykke er senere tilføjet. <sup>2</sup> Det følgende til »30 år« på løse blade.

800 an 801 imperator factus sit (vide eos qvi de anni ratione scripserunt, et ego, si recte memini, nonnulla de ea re collegi).

Petta er fundamentum R. botar Hakonar konungs nempe partinum af arinu til jola á ad sleppast (eda rectius hann á ad reiknast pro completo anno) i alldurs reikningi manna, fra fyrstu jolum til annarra á einn ad heita veturgamall, nempe fullz vetrar, ut puto, og þad á annann, sem ecki reiknast fyrr enn þad leggr integrum annum til alldursins og kallar mann tvævetrann sc. ad lidnum næstkomandi Jólum. *Calendaria Islandica*, vetera et nova, eru annars Romana og byriast á Cal. Januariis.

Ad Ari frodi sie fæddur 1067 og hafi verid 12 vетra pá Isleifur dó, snemma i Julio 1080, stendst uppá þann mata, ad hann hefur fæddur [vered] epter Julium edur seint á arenu 1067. Nu hafa hans alldar menn ecke reiknad annos nema completos, so hann hefur ei heited 10. vетra fyrr enn epter afmæli sitt (*diem natalem*) anno 1077. 78 11. vетра, 79 epter afmæled 12. vетра og þad framm á annum 1080 framm yfir dauda Isleifs, þar til hann á sama arenu ad afmælinu endelega hiet 13. vетра sc.: þegar hann var ordin fullra 13. ára. Pessum alldurs reikninge hefur Rbot Hakonar kongs um breitt, og sagt ad Jolanottenn skylldi byria annum ætatis, hvernig sem einn væri kominn ad vetri, og hefdi Ari epter þeim reikninge heited 13. vетра pá Isleifur andadizt. Pessi reikningur hellst ennnu vid i Islandi, nema hvad sumer taka til ad telia sier annos incompletos, more Danorum et Germanorum, sem plaga ad seigia, Eg er i minu 30<sup>ta</sup> áre, eg fylle þann dag mitt 30<sup>ta</sup> ár.

Pag. 54. lin. . . A dogom Olafs conungs Harallzsonar 11. vetrum eptir þat er Isleifr andadizc.). Gissurum episcopum ab Hartvico archiepiscopo Magdeburgensi, (non Moguntino ut nonnulli scribunt), anno 1082 consecratum esse asserit Sancti Johannis episcopi Holensis vita, consentientibus nostro, Annalibus Resenianis, Scalholtinis et Historia introductæ in Islandiam religiosis Christianæ. Olavus autem mansvetus, cuius tempore Gissurus ad episcopalem pervenit dignitatem, anno 1067 secundum Snorronem et sæpedictos Annales Scalholtinos, rex Norvegiæ factus est; obiit autem anno 1093, cum 26 annis sceptrum gestasset,

tradentibus Snorrone et iisdem annalibus. Addantur anni Hartvici ex bonæ notæ historico.

Pag. 56 lin. . . Oc gorþo tiund af siþan]. Decimorum solutionem qvando polliciti sint Islandi, luculenter monstrat juris ecclesiastici à Thorlaco et Ketillo episcopis conscripti caput, qvod in membraná qvâdam inveni:

Þa er lidit var fra hingatburd Cum à nativitate domini nostri vars herra Jhesu Christi MXC. Jesu Christi anni effluxissent ok VI. (corrigere VII) vetr, a XVI mille nonaginta septem, anno ari biskupsdoms virduligs herra episcopatus venerabilis domini Gizurar Skalholtzbiskups var Gissuri episcopi Scalholtensis þessi tiundargord logtekin yfir decimo sexto, seqventes de deci- allt Island bædi af lærdum mis constitutiones à totius Is- monnum ok leikfolki sem her landiæ clericis et laicis lege re- fylgir. ceptæ sunt.

Annales Reseniani ad annum 1097: Tiundargjalld i log tekit, i. e. decimorum solutio lege recepta est.

Pag. 60. lin. . . I Bréiþinga fiorþ.] Ita msta et editio, sed malê, corrigere Bréiþfírþinga fiorþ.

Pag. 60. l. . . Otalþir voro þeir es eigi otto þingfararcaupi at gegna]. Scilicet qvi ob divitiarum inopiam à tributi, ad alendos in comitiis anniversariis judices, deputati solutione immunes erant; qvibus vero tributi hujus solvendi necessitas incubuerit, ex antiquo LI. codice Gragas optime erudimur, qvi tit. Vigsloþa ita ait:

Þeir eigo at giallda þingfarar- Ille tributum thingfararkaup kaup oc ero þess skyldir er solvere tenetur, qvi tantas ha- sculldahion hans a hvert ku eþr bet opes, ut si dividerentur uni- kugillde scip eþr net oc scal cuique eorum, qvos suis sump- hann eiga umfram eyk oxa eþr tibus alit, vacca vel vaccæ pre- ross oc alla buss bulute þa er tium, navis vel rete, ipsique þat bu ma eigi þarnacz.

præterea domino jumentum bos vel eqvus, omniaqve uten- silia rei familiari necessaria as- signari possint.

Pag. 60. l. . . Log ór scylldi scrifa a boc at Hafliþa Móssonar]. Scilicet a primis rei publicæ suæ initii ad annum usqve Christi 1117 Islandi legum suarum constitutiones memoriâ tantum ut antea diximus servarunt, unde in Niali vitâ Thorhallus ex Nialo, et in Gunnlóigi ophiglotti vitâ Gunnlóigus ex Thorsteno leges didicisse traduntur. Dicto vero anno de legum in literas relatione agi primum cœpit. Qvantæ autem auctoritatis vir fuerit hic Hafliðus, qvem primæ LL. codicis exarationi qvasi præfectum fuisse auctor noster asserit ex eo videre est, qvod vetustus LL. codex Gragas omnia statuta, qvæ codici illius autoritate exarato contineantur, nisi exinde abrogata, stricte observari jubeat his verbis: Þat scal alt hafa er finnz a scrø þeirre er Hafliþe let gera nema þocat se sípan.

Pag. . . l. . . Pa vas scrifaþr Vigsloþi]. Magna nimirum pars vetusti LL. codicis vulgo Gragasæ, leges de homicidio prolixè tractans, unde et nomen accepit, publicata anno 1118 uti noster ait pag. 62, non vero 1094 uti doctissimo Arngrimo Crymogææ pag. 82 vitiosi imposuerunt Annales.

Pag. . . lin. . . Pa var Gregorius septimus pavi]. Is, qvi tridente Papebrochio in propylæo ad Acta sanctorum Maji anno 1073 Alexandro 11. successit, Hildebrandus antea dictus. Obiit vero Gregorius die 25. Maji anno Christi 1085 eodem Papebrochio teste.

Pag. . . l. . . Vetri miþr en halfsextogr]. Editio et msta habent halffertogr, sed mendosè. Jonam enim, postea episcopum, anno<sup>1</sup> Christi 1052 natum esse asserit vita ipsius, consecratus autem est 1106, die 29. aprilis,<sup>2</sup> uti ex vitâ ipsius, auctore nostro, et permultis annalibus indubie adstruitur, ætatis suæ anno 54, uti plenis verbis vita illius tradit:

Enn helgi Jon var vigþr til bisk- S. Jonas in episcopum ordin-  
ups, þa er hann hafþi flora vetr tus est cum qvinqvaginta qva-  
ens setta tigar at alldri. tuor esset annorum.

Obiit autem Jonas episcopus anno 1121 die 23 Aprilis (9. cal. Maji<sup>3</sup>).

<sup>1</sup> Resten med en anden hånd. <sup>2</sup> Herover skr.: 3. cal. Maji, med Árnis hånd. <sup>3</sup> Tilf. af Árni.

Postea anno 1198 die 14. Decembris consilio Brandi episcopi Holensis è terrâ effossus, et ob miracula qvædam anno tandem 1200 (aliis perperam 1201) die 3. Martii, ejusdem episcopi auspicis in sanctorum numerum relatus, testantibus hæc omnia vita illius, Gudmundi episcopi vita, et multis annalibus.

Pag. 64 l. . . A enom pripia degi vicu [V] kalend. Junii]. Numerum 5., editione et msto omissum, hic omnino adjiciendum esse arguunt Jonæ episcopi Holensis vita, Religionis Christ. in Islandiâ plantatæ historia ante memorata, antiquiss. Bibliothecæ Resen. calendarium et plures alii, qvæ Gissurum 5 cal. Junii vel die 28 Maii obiisse tradunt. Adde qvod anno 1118 lit. dominic. fuerit F, paschatisqve festum in Aprilis diem 14. inciderit ac itaqve dictus Maii dies 28 in hebdomadis feriam tertiam, qvod cum auctore nostro et citatis binis historicis exactè concordat.

Pag. 64 l. . . A þvi ari eno sama obiit etc.] Paschalis II., ante dignitatem papalem Raginerius vel Rainerus dictus, anno Christi 1099 Urbano II. in ecclesiæ regimine successit, docentibus Baronio annalium tomî XII, Papebrochio in Propylæo, et aliis. Obiit anno 1118 die Januarii 18, successorem nactus Joannem Cajetanum, alias Gelasium II. testibus Papebrochio, Baronio et in chronologiâ Setho Calvisio.

Baldvinus I. Edessæ in Syria prius comes Godefrido Bullionæ fratri in regno Hierosolymitano successit anno secundum Calvisium 1100, secundum Henr. Meibomium vide epist. Conringii ad Meibomium Rebus germanicis præfixam, in Chronologîa hist. Hierosolymitanæ annexâ 1101, obiit 1118, corpusqve ejus Hierosolymam delatum, Dominica palmarum in monte Calvariæ sepultum est, succedente Baldvino II. de Burgo, testibus Calvisio et Cluvero, antedictis. Arnulfus, nostro corruptè Arnaldus,<sup>1</sup> de Rohes cognominatus, tradente Historia Hierosolymitanâ Reineccii lib. VI, capp. 39, 40, è clericô factus est concellarius sanctæ ecclesiæ Hierosolymitanæ, ac postea in patriarcham evectus, ab anno 1112 ad anno 1118, qvo decessit, cum scandalo isti muneri præfuit, ut loquitur Joh. Hofmannus in Lex. Univers.

Philippum Sveciæ regem, qvi secundum Joh. Magnum Goth.

<sup>1</sup> I randen: Arnaldum pro Arnulfo habet Olafi Tryggy. vita, Seriei Torfæi pag. 423.

Sveonumque Hist. lib. XVIII cap. 13. anno 1080 regnare coepit, antiquissimi annales Reseniani, Jonæ episcopi vita, Hist. rel. Christ. in Islandiæ plantatæ et plures Island. historici, cum auctore nostro 1118 obiisse tradunt. Petrus autem Ubsalensis in chronico regg. Sveciæ eum 1110 mortuum esse innuit, consentientem habens Jacobi Gislonis chronologiam, Loccenii hist. Sveciæ annexam; Joh. Svanningius regni ejus finem ad annum 1109 in Chronol. Dan. refert. Alexius Comnenus Nicephoro Bottoniati dignitate exuto in Orientis imperio successit anno 1081, cumque annis 36 ac mensibus 4, non autem 38 ut ait noster, regnasset, anno 1118 die 15. Augusti vitâ emigravit ac Joanni Comneno alias Calo-Joanni imperium reliquit, testibus in Rationario temporum Par. I. lib. VIII. Dion. Petavio et in chronol. Setho Calvisio. Hic in dictâ S. Jonæ episcopi vita et saepius in nostris antiquitatibus Kirialax quasi κύριος Αλέξιος ridiculè<sup>1</sup> nuncupatur, uti Verelius notis in Hervoræ vitam pag. 157 recte observavit.

Pag. . . l. . . Tveim vetrom sidarr varþ alldamot]. Alldamot adhuc hodie vocamus concursum cyclorum, quando nimirum in calce anni simul finiuntur cyclus solis, cyclus lunæ et magnus ille 532. annorum cyclus, quem Paschalem vocamus; idqvod post nativitatem servatoris contigit exeuntibus vulgaris æræ Christianæ annis 75, 607, 1139, 1671. Cæterum cum auctor noster hic dicat biennio post mortem Gissuri episcopi (qui anno Christi 1118 decessit) cyclorum concursum factum esse, id est in fine anni 1120, putare possemus illum cyclos aliter quam vulgo fieri consuevit computasse. At vix extat qui eos ita putaverit ut dictus annus 1120 ultimum annum cycli solaris vel magni alicujus cycli paschalis finiret, et seqvens annus 1121 dictos cyclos inchoaret. Periodus certe Victorina nihil heic juvat, quippe quæ cum Dionysianæ eadem est, præter quam qvod aliter incipiat. Scimus præterea nostros homines à Latinis cyclos solis et lunæ, ut et cyclum 532. annorum didicisse. Erat vera periodus Dionysiana in vulgari usu, cum majores nostri Christo nomina darent, unde indubium est, hujuscemodi cyclum paschalem et non aliud adoptasse. Constat ulterius Islandos, qui proximo post Aronem seculo vix-

<sup>1</sup> Er måske udstreget.

erunt, solis et lunæ cyclos eodem modo collocasse ac vulgò computantur. Unde Aronem similiter ordinasse colligimus. Cum itaque concursus trium cyclorum, solis, lunæ et magni paschalis 22. anno post obitum Gissuri contigerit, in confiniis nempe annorum 1139 et 1140, nil restat ad intelligendum auctorem nisi animadvertere, qvod annus 1120 ultimus fuerit cycli lunaris, et annus 1121 seqventem lunæ cyclum inchoaverit; id qvod auctor noster heic admodum abusive alldamot appellavit, quasi concursum binorum lunæ cyclorum, et, qvod illi insvetum est, rem exigui momenti scripto suo inseruit.

Pag. 66 lin. . . Pa hofpo þeir Eysteinn oc Sigurþr verip XVII. vetr conungar i Norvegi]. Ergo anno Christi 1103 regnare coeperunt, uti et Snorro non leviter innuit et in margine illius eruditissimus Wormius annotavit.

Pag. 66 lin. . . DXVI. vetrom epitir andlat Gregorius pava þess er cristni com a England etc.]. Gregorii scilicet ejus nominis primi, qvi ut in Rationario temp. par. I. lib. VIII. cap. 12. ait Petavius anno Chr. 590, Pelagio II. in dignitate papali successit ac tantas in ea res gessit ut merito Magni cognomen tributum illi fuerit. Obiit autem, uti noster rectè supputavit, anno 604, Phocæ imperatoris, qvi an. 602 in Novembri regnare cœpit, anno secundo, docentibus Baronio tomo VIII, Petavio citati libri cap. 13 et 14. nec non sæpe laudato Dan. Papebrochio. Hic Gregorius ut loquitur Aimoinus Hist. Franc. lib. III. cap. 74. Augustinum et Mellitum nec non Joannem cum aliis servis dei ad Britannias ablegavit, qvorum prædicatione nationem Anglorum ad Christi fidem conversam esse gavisus est. De anno non convenienti Anglicarum rerum scriptores, Bromton hanc legationem anno 588 peractam esse memorat, Radulphus de Diceto ad annum 600 eam refert, Gervasius ad annum 595,<sup>1</sup> Will. Thorne Florentius Wigor. et Math. Westmonast. ad annum 596, qvibus Chronologia Saxonica Bedæ annexa his verbis adstipulatur:

Her Gregorius papa sende to Hic Gregorius papa ad Britan Bretene Augustinum mid vel nos misit Augustinum cum permonegum munecum. Pa godes multis monachis, qvi dei ver-

<sup>1</sup> I randen: 598 chron. Ol. S. Petri in scriptoribus Londinensibus.

vord Engla þeode godspell- bum Anglorum genti prædican-  
ian.

De anno 596 consentiunt Petavius in Rat. temp. et Calvisius  
in chronologiâ.

#### NOTÆ AD APPENDICEM.


Pag. 66 l. . . Petta es kyn biscopa etc.]. Hanc appendicem ad præsens auctoris nostri opus non pertinere antea monuimus, qvod hic paullo fusius probandum venit.<sup>1</sup> Præsens opus anno 1134 aut posterius conscriptum esse, ex illius pag. 60. l. 8 manifestum evadit, appendicem vero ante annum 1133 compositam esse, ex pag. 68 lin. 16 clare liqvet, alias enim Thorlacus Ruhnolfi anno 1435 aut posterius mortuus esset, qvod nemo hactenus tradidit, nec, ut ex superius dictis apparet, cum vero concordat. Credibile itaqve est hanc appendicem particulam esse prioris illius libri Islandorum in Thorlaci et Ketilli episcoporum gratiam conscripti, qvorum et nomina heic occurrunt. Cujus operis plurima cum in hoc Islandorum libro fusius legantur, uti ex pag. 2. non obscurè colligitur, hæc solum appendix digna judicata est, qvæ præsenti operi adnexa episcoporum genealogiam traderet, ac utriusqve libri auctorem nomine proprio exprimeret.

Pag. . . lin. . . Egill. Ottarr Vendilcraca]. Ita correxi, qvæ antea vitiosè legebantur: Egill Vendilcraca. Ottarr, Egillus enim, qvod cum Tunnone<sup>2</sup> qvodam inimitias et prælia consereret, Tunnadolgr, o: Tunnonis inimicus cognominatus est. Filius vero Ottarus in extrema Jutiâ, olim Vendill, hodie Vendsyssel (Joh. Lyschander Antiquit. Dan. sermone III. Vinniliam vel Vinuliam vocat, Adamus Bremensis rectius Vendilam) cæsus, avibusqvæ in escam objectus, Vendilcraca, o: Vendilensium cornix à postestate in ludibrium dictus est. Integræ historiam lege in Snorronis chronicò Norvegico pagg. 20, 21.

<sup>1</sup> I randen: NB forte anni Gudmundi nomophylacis ab alio additi sunt.

<sup>2</sup> Fra og med Vendilkraca er overstreget, men vist med urette. Som note hertil: Vide tamen Ericum Upsalensem libro 1. et Joh. Magnum, qvi eodem modo cognomen adhibent.

Pag. 74 l. . . Gellir fápir þeirra Porkels oc Brannz etc.]. Editio et msta habent: Porkels f. (ɔ: foþur) Brannz. Sed perperam: Thorgilsus enim, Aræ pater, non Thorchilli sed Gelleri filius fuit, testibus ipso nostro auctore pag. 50 et Snorrone in præfatione chronicæ sui Norvegici. Genealogia Aræ hæc est:



### FYR UTAN ÆTTARTOLO OC KONUNGA EVI

Pad er næsta óliost hvernig þetta eigi ad skiliast. Sensus kynni vera þesse: Eg læt þessa bokena vera i sama formi og esse,<sup>1</sup> sem hun var, þá eg i fyrstu offereradi hana Þorlaki og Katli og Sæmundi, og hefi eg ecki umbreytt henne, nema hvad er, ad eg hefi aukid i hana ættartölunum þeim sem finnast i capite 2, og hinum sem eg nu set aptan vid þessa nyu edition. og so nockru fæinu sem eg hefi lært sidan eg i fyrstu lagde hond á þetta skrif. Item hefi eg hier innsett konungaæfi, pad er: Eg hefi confererad chronologiam rerum nostrarum vid tempora regum in exteris, so allt kunni saman ad berast, sögu minni til styrkingar. Og i þessu alleina differerar þesse minnar Islendingabokar edition fra þeirre er eg fyrst samansetti og byskupum vorum offereradi, enn ecki i ódru.

Þetta (seigi eg) kynni ad vera sensus þessa loci. Enda kynni og þesse locus so ad skiliast sem epter fylger:

Fyrir nockrum árum samanskrafade eg eitt opusculum sem eg kalladi Islendingabok og leveradi hana til revision Þorlaki og Katli byskupum og Sæmundi presti Sigfussyne. Peim likadi bokin vel, en óskudu ad hun mætti verda nockru fyllre, því i henne være ei nema stuttlega yfirsared eitt og annad, eda og þar synd-

<sup>1</sup> Herover skr.: structurâ.

est sem til setiast kynni eitt og annad, sem menn visse, og verdt væri ad skrifa, enn fyndest eigi i þessum bæklingi. So tok eg þá mina bok aptur i hónd, sa hana i gegnum og iok i hana því sem peir og adrer froder menn sögdu mier fyrir sanninde. Er hun so nu orden nockru fyllre enn adr var hun. En methodus i þessarre edition og hinne fyrre er ad ódru riett hin sama. Hier fyrer utan hefi eg allareidu samanskrifad ættartölur (a) frá landnamsmónnum er hingad til landz komu, ásamt hvor peir nockrer namu sier bústade, og er þat mitt opus her fyrir utan.

Enn þá hefi eg ritad konungaæfi (β), nefnelega Noregskonunga og er su min bok og allareidu i manna hóndum og fra mier utgengenn, adur enn eg nu legg ultimam manum á þessa minnar fyrre Islendingabokar revision.

Sie pesse Islendinga bok ritud (eda af authore reviderud riettarad seigia), circa annum 1130, þá var Are frode um þad skeid 63. ára. og so liklegt ad hann þá hafi sin opera allareidu haft ferdug og utgefíd. Því ecki kunni hann fyrer framm ad vænta sier so hárrar elle sem hann nåde. Hann hafdi og þá, alldursens vegna, nógann lærðóm feinged til þvilkra hluta, so voru og peir aller dauder, ad eg trui, sem hann i sinum operibus testes citerar, og þad fyrir laungu. Og því er eg nær ad þesse sidarsti sensus muni vera hinn reftasti ad mentem ejus.

a) Ad Are hafi skrifad landnamsbok og ættartölur landnamsmanna, er audráded af Landnamabok þeirre sem vær höfum pag. 173. Hefur þessarrar vorrar Landnamabokar compilator fært sier i nyt rit Ara og innfært þad i sina bok. Þad er og trulegt ad landnamaskrif Ara hafi eigi nád yfir alt landet. Því þad var æred órdugt fyrir einn mann því til leidar ad koma. Kolskeggur vitri<sup>1</sup> hefur og nockurn part af landnamum uppteiknad, og er þad sòmuleidis innkomid i þá Landnámabok sem vær höfum, enn sialft Kolskeggs rit er interciderad so vel sem þesse Ara fróda Landnamabok, hafa þesse opuscula ecki þott naudsynleg eptir þad ur þeim var uppteiknad þad sem inn er komid i vora Landnamisbók.

I Eyrbyggjasögu, item i Nialssögu citerast, ad Are frode telie

<sup>1</sup> Skr. over det understregede frodi.

pann eda þá ecki med börnum þess sem þar nefnest. Þad er óefad teked ur þessu Ara landnámskrife.

þ) Ad Are hafi Noregs konungaæfi saman skrifad, er liost af præfatione Snorra Sturlusonar in Historiam suam Norvegiacam og mórgum ódrum testimoniis. Enn hvert su Ara froda sögubók sie elldre enn þesse Islendingabok, editionis ultimæ, þad er þad sem vær ecki vist vitum, þó þætti mier likara, ad su hans Noregs konungabok mundi elldri vera nockru, og fra honum utgeingenn, adurenn hann þessa Islendingabok til fullz revideradi og utgaf.

Alldur hans var nogu stór hier til, og subsidia hafdi hann öll feinged til ad skrifa, sem hann kunni sier ad vænta, því aller hans gómlu sögumenn voru um þetta skeid (1130) under lok lidner, og kunni hann so ei framar af þeim gómlu relationibus upp ad fiska. Hann átti og daudans von hvern dag, ordin sex-tugur eda meir.

Ættartölur<sup>1</sup> sem Ari frodi seigest skrifad hafa, fyrr enn pá Islendingaboc er vier höfum, munu vera þær, sem aptan vid hans Schedas eru. Eru þær skrifadar epter 1122, þar þær nefna Ketil byskup og firir 1133, þar þær nefna Porlak byskup, imo nockrum árum fyrri ad eg hygg. Vide qvæ seqvuntur.

Islendingabok su fyrri er og skrifud temporibus Porlaks og Ketils byskupa og Sæmundar froda, ɔ: inter 1122 et 1133. Þessse Islendingaboc er skrifud eptir ættartölurnar og sidar enn hin Islendingabokin. Imo epter ad Gudmundr vard lögmadr, ɔ: 1123. Kann so madr eckert argument þar af ad taka ad hun endast 1120. hafi og Ari sialfr talid á vetrum lógsögu Gudmundar tilsett, og ei skrifarinna sidan, þa er bokin skrifud epter 1134. Annars þætti mier liklegra ad hun mundi vivis Thorlaco et Sæmundo, ɔ: ante 1133, skrifud vera, epter því hann þeirra upp a þann máta minnist. Annars sier madur og ad hann daudra manna eins og lifandi minnist. Enfin, hier um má trua hver sem vill. Eptir 1122<sup>2</sup> er hun vist skrifud, því hun er yngri enn hin sem Katli byskupi er dedicerud. Siáum vær og hier af, ad þad sem um Gudmund lögmann er, puta nafned, er genuinum, hvert sem vетra tales er so eda ei.

<sup>1</sup> Efterfølgende på indlagte blade: <sup>2</sup> 23 skr. over.

Konungaæfinn var allt skrifud þá Ari ritadi þá sidari Islendingabók.

Ef nockur villdi meina ad Ketill nefndist byskup per anticipationem, þá kann þad ei vera, því Ari hefr ei mikid med honum umgeingist fyrr enn hann vard byskup. Var hann og án efa alltid fyrir nordan.

## VITA SÆMUNDI MULTISCI.

Sæmundus sacerdos, cuius heic meminit noster, natus est in australi Islandia anno secundum annales regios, Flateyenses et chartaceos 1056, secundum alios 1057, secundum vitam S. Jonæ Holensis episcopi 1054, patre Sigfuso sacerdote, matre Thoreya, qvorum majores ex Libro origg. Island., Olai Tryggvonii vitâ, et Chronico magno Islandiæ uberiorius cognosci possunt. Sæmundus adhuc puer natali relicto solo exteris accessit terras ac, uti dicta S. Jonæ vita ait, doctrinæ lucrandæ gratia, longè a patriâ remotus diu vixit, adeo ut nulli conterraneorum de eo qvid constaret, donec Jonas Ogmundi filius, episcopus postea Holensis, Romam peregrinans, eum studiosè investigaret, inventumqve ex terris australibus (Româ habent qvædam vitæ ejus exemplaria, Noster p... Franciam nominat) secum in patriam reduceret, anno ut habent annales regii et Flateyenses 1076, qvod Scalholenses minus recte ad ann. 1078 referunt. Sæmundus ut in Islandiam redierat, hæreditarium fundum Odda in australi insulæ parte situm, inhabitare cœpit, munusqve sacerdotale subiit, veluti hæc referunt S. Jonæ vita, Appendix Libri or. Isl. membranei et Historia Rel. Christ. in Islandiam introductæ; huic ita præfuit, ut in dictâ S. Jonæ vitâ Columen ecclesiæ Islandicæ, item qvi ecclesiæ dei in Islandia maximo fuit emolumento, dicatur; idqve non sine causâ, utpote qvi testibus nostro p. Chronico episcopp. Island., appendix Lib. or. Isl. membranei et Hist. rel. Christ. in Isl. introductæ, pag. 22, cum

Gissuro episcopo et Marco nomophylace, Islandis, ut aliorum Christianorum more decimas solverent, auctor extitit, Thorla-coque et Ketillo episcopis in constituendo jure ecclesiastico suffragia tulit, qvod his verbis ipsum jus ecclesiasticum in fine testatur:

Sva setto þeir Ketill byscop. oc Ita Ketillus episcopus et Thor-Porlakr byscop at rapi Ozorar lacus episcopus, ex consiliis As-erkibyscops oc Sæmundar oc seri Archiepiscopi, Sæmundi, margra kennimanna annara multorumqve aliorum sacerdo-Kristinna laga patt sem nu var tum jus ecclesiasticum consti-tuent et uppsagt.

tuere, prout nunc recensitum et dictum est.

Sæmundum insuper Islandorum eruditissimum nominant appendix Libri or. Isl. membr., Hist. relig. Christianæ in Islandiam introductæ et chronicon episcopp. Isl., unde et frodi, ɔ: multiscius, cognominatus est. Uxorem ejus nomine Gudrunam Kolbeini filiam Liber origg. Isl., Lios-vatnensem historia et Chronicon magnum Islandiæ exhibent, qvorum liberos et nepotes, clarissimam sui temporis inter Islandos familiam, dictum Chronicon magnum Is-land. fusè commemorat. Inter proceres Islandiæ Sæmundum numerant Libri origg. Isl. membranei appendix et Religionis Christ. in Isl. introductæ historia p. 24, qvo et loco ann. 1121 se dignum præstitit, cum discordes invicem Thorgil-sum Oddæ filium et Haflidum Mari filium, tantæ inter Islandos potentiae viros, ut eorum studium præstantissimos qvosqve ad internecinam ferè seditionem armasset, una cum aliis pietate et auctoritate conspicuis viris conciliaret, teste Chronico magno Island. Huic etiam qvippe magna antiqvitatum cognitione imbuto Aras multiscius primitias suas historias inter cæteros revidendas obtulit, prout ipse pag. 1. fatetur. Sæmundus autem alienorum operum censorem agere non contentus, ipse antiqvitatibus ab interitu vindicandis Aræ exemplo manum admovit, annos circiter septuaginta natus, uti ex calculo nostro de historiarum in Islandiâ scriptarum initisi, superius posito, colligi potest. Historiam Norvegicam ab Haraldo pulchricomo ad Mag-

num bonum conscripsisse certum est, cujus umbram anonymous qvidam exhibet, qvi regum tantum seriem annosqve imperii, inde excerpta, frigidiori venâ in carmina Islandica redegit, qvæ ad Sverrei usqve regis tempora a se continuata nepoti Sæmundi, Jonæ Lopti filio dedicavit. Dictam anonymi odam, 83 versibus constantem, codex regius Flateyensis nobis reservavit, cujus priores quadraginta Sæmundi auctoritate nituntur uti ex seqventi, qvi relationem de Magni boni obitu claudit, versu liqvet:

Nu hefir ek talt tiu landreka þa Huc usqve recensui decem reger hverr var fra Haralldi inta nantes, qvorum qvisqve descendek sva æfvi þeirrasem Sæmundr dit ab Haraldo,<sup>1</sup> enarravi ita vitam eorum prout Sæmundus dixit multiscius.

Istam Sæmundi historiam Oddus monachus in vita Olai Tryggvonii duobus locis allegat, qvorum prior hic in charta soluta, posterior ita sonat:

Pessa þings getr Sæmundr Hujus(sc.Dragseidensis)conven-  
prestr hinn froði er agetr var at tus Sæmundus sacerdos multi-  
speki oc mællti sva. A aðru ari scius, vir insignis sapientiæ, me-  
rikis Olafs Tryggvasonar sam- minit, qvi ita locutus est. Anno  
naði hann saman mikit fiol- regni sui secundo Olaus Trygg-  
menni oc atti þing a Staði a vonius collectâ in promontorii  
Dragseiði oc let eigi af at boða Stadensis isthmo Dragseidi mag-  
monnum retta tru. fyr en þeir na populi multitudine conven-  
tocu skirn. Olafr konungr hefti tum celebravit, veramqve reli-  
miok ran oc stuldi oc manndrap. hann gaf oc goð log folk- gionem prædicare prius non  
inu oc goðan sið. sva hefir Sæ- destitit qvam tota concio baptis-  
mundr ritat um Olaf konung i mum susciperet. Rex Olaus  
sinni bok.

Sæmundus in suo libro scripsit.

<sup>1</sup> Oprindelig skrevet: sedebat post Haraldum, men rettet ved descendit.

Eandem etiam historiam noster pag. 44 sine dubio indigitavit. Ex qvâ et desumpta esse credo, qvæ ad annum 1047, eum sc. qvo decessit Magnus bonus, habent annales regii, Flateyenses et chartacei:

Sva segir Sæmundr prestr hinn Hoc anno Sæmundus sacerdos frōpi at a þessu ari voro sva multiscius tam intensem gelu mikil frost at vargar runnu at contigisse ait, ut lupi inter Norisi milli Noregs oc Danmarkar. vegiam et Daniam per glaciem transcurrerint.

Cumqve Sæmundum singulare aliquod opus de patria sua scripsisse non constet, memoratæ historiæ in vita scilicet Haraldi pulchricomi deberi arbitror testimonium illius de prima Islandiæ inventione, à Libro origg. Isl. et Olai Tryggvoni vita productum, ad qvod Arngrimus respexit, cum Specim. Island. p. 79 sæpedictum Sæmundum annalium Islandicorum conninator em nominaret: Verba qvibus citati libri relationem de Naddoddi in Islandiam adventu, morā ibi peractā, abituqve ejus, finiunt, ita se habent:

Par heiter nu Reydarfiall i aust- Ubi (Naddoddus cum suis) Is- fiordum er þeir (Naddoddr oc landiam primum appulit Reyd- hansskipveriar) haufdu at kom- arfiall in orientali Islandiâ ho- it. Svo sagdi Sæmundr prestr die dicitur. Ita Sæmundus sacer- enn frodi.<sup>1</sup> dos multiscius retulit.

Hæc tantum de dictâ Sæmundi historia temporum injuria nobis constare permisit, qvæ cum in Magno bono desierit, auctor vero ad Haraldi Gilli et Magni cæci tempora supervixerit, ab illo in extremâ senectute elaborata morteqve præpedito ad umbilicum non perducta esse videtur. Una adhuc relatio historica superest, à Sæmundo non scriptis, ut videtur, sed vivâ voce pro- plata, qvæ ex Libro origg. Island. pag. 179, ejusdem libri membraei appendice et Relig. Christ. in Islandiam

<sup>1</sup> Dette er skrevet som rettelse på en vedlagt seddel, hvorpå der fortsættes således: Landnamabok impressa pag. 3, et eodem modo membrana Reseniana. Vide etiam vitam Olavi Regis Tryggvoni, descriptam ex meā membr. pag. 398. ubi: svo s. Sæmundr prestr hinn frodi extat.

introductæ historiâ pag. 25 desumpta, auctoritatis illius monstrandæ gratiâ, locum hic inveniet:

Pau missari hafþi sva mikill Eo anno (ɔ: 1120) tam multi in manndauþi veriþ, at Sæmundr Islandia mortui sunt, ut Sæprestr sagþi sva a þingi, at eigi mundus sacerdos in comitiis se mundi færi menn hafa andazt credere diceret illos qvi morbo af sott en þa voru komnir til obierant pauciores non esse iis, þings en þa var fiolmennt qvi tum comitiis adfuere. alþing.<sup>1</sup>

Mortuus autem est Sæmundus multiscius ferê octogenarius, anno secundum annales regios, Flateyenses, Resenianos et chartaceos 1133,<sup>2</sup> vere scilicet illo, qvod Thirlaci episcopi Runolfi filii mortem proxime seqvebatur, uti chronicon episcopp. Island. nos docet; obitum illius Annales Scalholtenses ad annum 1135 perperam referunt. Atqvä hæc sunt et non plura, qvæ de sæpedicto Sæmundo in fidedignis antiquitatibus inveni, cujus fama cum apud Islandos etiamnum tanta vigeat, ut ad traditiones nullis veterum suffragiis innixas fabulasque non raro descendat, qvæ et aliis, etiam doctissimis viris, minus accuratè de eo scribendi occasionem dedit, hæc tam prolixè commemorare volui, ut qvi antiqua monumenta ipsi minus versant, qvid de eo verè, et qvid extra veterum testimonia tradatur, posthac secernere queant. His autem proxime inspicienda veniunt, qvæ de antiquissimo libro Islandico, vulgo Edda Sæmundi in literas relata sunt, quem longo tempore in obscuro jacentem Brynolfus Svenonius, diocesi Scalholtensi in Islandia anno 1639 præfectus, primis offici sui annis ē latebris eruit, uti ex Stephanii not. in Saxonem pag. 93 liqvet. Cum enim antiqua monumenta magno studio conqvireret, qvo no-

<sup>1</sup> Omrent det samme findes optegnet af forfatteren selv på en vedhæftet seddel. Her tilføjes: Hæc eadem vide in Landnamabok þeirri pretitudu p. 179 in calce. Item in Kristindoms sôgu p. 25. Hæc Sæmundi relatio, absqve dubio, ore facta est, non vero literis tradita, nisi ab alio, qvi hæc à majoribus ita referri audivit. <sup>2</sup> I marginen findes: Vide Resen prolegom. ad Eddam Island.

mine a Wormio præfat. in Lexic. runic. et Resenio prolegom. in Eddam Islandorum meritō laudatur, inter alia membranam qvandam antiquissimam carmina Islandica continentem nactus est, qvæ, ut lectioni commodius inservirent, in recenti membranā exarari fecit, ac ita transscriptis titulum Eddæ Sæmundi multiscii propriā manu præfixit.<sup>1</sup> Hanc membranam recentiorem Brynolfi dono postea obtinuit vir magna antiquitatum scientia clarus Thormodus Torfæus regius hodie in Norvegia historiographus, qvi eam in musæo suo inter plura antiqua documenta etiamnum asservat. Veteriori in edendā Hafniæ 1665 Voluspa dicti Torfæi beneficio usus est Resenius, qvam in prolegom. ad Eddam Isl. h. 3 codicem regium appellat, lapsu facile excusabili, cum memoratus Torfæus eo tempore monumentis Islandicis, (quorum magna copia regiam ornat Bibliothecam), jussu gloriosiss. memoriæ Friderici III transferendis, operam daret, unde Resenius ex Biblioteca regiā deprompta esse existimavit, qvæ Torfæus e propriis facultatibus illi communicavit. Harum membranarum vetustiorem antiquam, scilicet illam Brynolfo primitus oblatam, omnes ejusdem argumenti libri, in Islandia et alibi sub Eddæ Sæmundi nomine extantes, pro matre venerari coguntur; qvod eo tutius assevero, qvo accuratius omnes, qvas illa habet, mendas, ac aliquot foliorum lacunam in chartaceis exemplaribus, ē variis Islandiæ partibus ad me delatis, occurrere viderim, adeo ut dicta membrana, sola ejus generis, hodie superesse credatur; qvamvis diffitendum non sit, talia monumenta tempore Brynolfi plura extitisse, unde variae lectiones, et integri qvandoqve versus, qvæ membranæ desunt, in chartacea ejus apographa translata esse videntur, qvorum tamen originalia aut hodie desiderantur aut in latebras iterum abierunt. Multæ præterea odæ, qvas membrana non habet, in chartaceis exemplaribus inveniuntur, partim ex aliis codicibus etiamnum extantibus eō translatæ, partim vero ex ignotis hodie originalibus descriptæ. Atqve ita ē variis codicibus consarcinatum corpus Edda Sæmundi vulgo dicitur: fide scilicet Brynolfi Svenonii, qvi titulum illum primo, ut antedictum est, apographo præfixit; qvæ sen-

<sup>1</sup> I margin: Eddam Sæmundi ante Brynolfi tempora ita vocatam fuisse, fide patris sui mihi retulit Thormodus Torfæus.

tentia, tanquam ex Apollinis cortinâ profecta, adeo invaluit, ut dictus liber isto nomine huc usque constanter venerit, nec ullus de eius inscriptionis authentiâ quæstionem movere præsumperit.<sup>1</sup>

Ex hoc autem Eddæ Sæmundi titulo, sic recepto, binas contrarias sententias emanasse video, unam Stephani Olai, qui not. in carmen Voluspa stroph. 9 asserere videtur: Sæmundum fabulas poëticas, eatenus non scriptas, sed in ore tantum hominum existentes, ab interitu vindicare volentem, eas carminibus Islandicis a se inclusas, in unicum corpus, eddam scilicet memoratam, concessisse, alteram huic directè oppositam profert Gudmundus Andreæ notis in explicationem Stephanianam carminis Voluspa, quippe secundum quem Sæmundus tantum, qui literas Latinas induxit in Islandiam, è literis runicis hæc poëmata in literaturam vulgarem (quæ in primis maximè Latinam sapuit) transtulit, literatus, non composuit. Hunc secutus Resenius in præfatt. ad carmen Voluspa, editum Hafniæ 1673, et Lexicon Isl. Gudmundi Andreæ, Sæmundum fabulas poëticas, ex runicis documentis illustratas, Latinis characteribus descriptsse, iisdem verbis scribit; et ante præfat. ad dictum carmen, illud olim tanquam versus Sibyllinos, runicis literis traditum, circumlatum esse asserit. Mediâ quasi via incedunt Brynolfus ipse apud Stephanium not. in Saxonem p. 17, Wormius in Syllabo autorum ante Lexicon runicum, qui Sæmundum hujus libri auctorem tantum statuunt, an vero ipsas odas, vel earum saltem collectionem, ei tanquam auctori assignent, disertis verbis non produnt: nisi quis, illos eandem cum Gudmundo et Resenio sententiam fovisse, inde elicere velit, quod in operibus suis Brynolfus nempe periculis in Saxonem, et Wormius in literatura run. omnia quæ ex hac Eddâ adducunt, runicis pingant characteribus. Quicquid sit, magna horum carminum antiquitas vulgo creditur, adeo ut primum eorum Voluspa, ipsis Asiaticis, huc terrarum concedentibus antiquius esse contendat Runolphus Jonas in disputatione

<sup>1</sup> Her tilføjes igen i margen: Thormodus Torfæus hoc nomen Brynolfo antiquius esse autumat, patrem enim suum hujus gnarum fuisse.

qvadam, qvam Lingvæ septentrionalis elementa vocavit, habita Hafniæ 1651, atqve hos tale carmen Erythreæ Sibyllæ (qvæ ante Trojani belli tempora floruisse creditur) ore natum ex Asia secum huc transportasse, asserat Resenius præfat. in carmen Voluspa edit. Hafniæ 1673, proximumqve, Havamal, ab codem Runolpho, nec non Resenio prolegom. in Eddam Island. et in limine memorati carminis, ab eo editi Hafniæ 1665, ipsi Odino adscribatur. De cæteris Eddæ Sæmundi odis apud Islandos similiter in confessu ferè est, eas rebus qvas memorant coævas esse ac à Sæmundo in unicum volumen tantum collectas, qvamvis inter eos etiam non desint, qvi à Sæmundo primum compositas esse velint. Carminis Voluspa antiquitatem eo adstruunt Resenius et Runolphus, qvod ab Haro (ɔ: ipso Odino), cum Ganglero loqvente, tanqvam illo antiquius documentum, sæpius in Eddâ Snorronis allegetur. Oda autem Havamal ab Odino composita ideo vulgo statuitur, qvod inibi, tanqvam in propriâ personâ locutus, inducatur; qvale et judicium de odâ Grimnismal, et aliquot aliis, qvæ similiter deos, deorumve socios, tanqvam suo ore dicentes nobis repræsentant, eodem modo valere potest. Ut autem qvæ de his omnibus mea sit sententia tandem aperiam, de sæpedicto Eddæ Sæmundi titulo primo monendum, illius scilicet ne minimum qvidem vestigium in antiquissimâ illâ Torfæi membranâ exstare utpote qvæ omni prorsus inscriptione caret. Cumqve nullibi apud antiquos invenire potuerim, librum istum vel Eddam dici, vel à Sæmundo qvoqve modo confectum esse, non possum non suspicari, Brynolfum nullâ veterum auctoritate, sed Sæmundi famâ vulgariqve Islandorum relatione motum, memoratam sæpius inscriptionem de suo addidisse; qvippe qvem majorum traditionibus nimium qvandoqve tribuisse ex illius epistolâ ad Wormium Literat. runic. p. 42 patet, et luculentissimè ex verbis ejus a Stephanio not. in. Sax. p. 17 adductis. Ubi enim ait ingentes thesauri totius humanae sapientiæ, conscriptæ à Sæmundo sapiente? Cui qvæstioni aliâ interrogatione satis facere convenit. Unde tales thesauros unqvam extitisse constat? Sæmundum odas hasce composuisse antiquitates mihi visæ similiter tacent, nec verisimile est Eddæ Snorronis, ut vo-

cant, scriptorem illas tanquam ignoti auctoris, contra suam<sup>1</sup> aliorumque veterum consuetudinem, qvi poetarum potius quam carminum nomina, ubi de utroque constat, adducere solent, allegasse, nisi earum artificem ignorasset, quem, si Sæmundus fuissest, nescire vix potuit, nempe 180 circiter annis, uti mox probabitur, illo tantum posterior, quo temporis intervallo antiquitatum studia in Islandiâ maximè floruerunt. Sæmundo itaque longè vetustiores esse oportet, quamvis de stupendâ, quæ iis adscribitur, antiquitate merito dubitetur, cum Resenii et Runolphi argumento simili jure includi possint Voluspa brevior (alias Hyndlulioþ), Fafnismal (vulgo sic dicta), Vafþruðnismal, pluresque harum odarum, nunc expressis, nunc suppressis non minibus, in iisdem fabulis aliquoties citatae; quarum tamen prima, ut ipsa ostendit, dedicata est Ottaro stulto, qui si Originibus Norvegicis fides, à Noro, Norvegia eponymo, septimo gradu descenderat: Norum autem Odino posteriorem fuisse, praeter alia arguit Vanlandus, quintus post Odinum Sveciæ gubernator, qui teste Snorrone Drifam, Snionis grandævi filiam, Nori scilicet amitam, uxorem duxit; quicquid Arngrimus Cragmog. pagg. 31, 32 et in Supplemento Historiæ Norveg. M. S. eumque secutus Jonas Ramus in Norvegia antiqua saepius contra asserant: illi solum innixi argumento, quod Odiniana immigratio in Gylfonis Sveciæ regis tempora incidisse in Eddâ Sorronis memoretur, quem eundem cum Gylfone, Nori ex fratre Goro nepote, esse volunt; Ramusque pag. 25 Eddæ hanc assertionem adscribit, quæ tamen sui Gylfonis stemma à Noro ne verbulo quidem deducit nec salvâ veritate deducere potuit, cum duo hi Gylfones reverâ sint longè diversi et ipse Norus Gylfone Sveciæ rege tempore multo inferior. Secunda recensitarum odarum colloquium est inter serpentem Fafnerum et ejus occisorem Sigurdum, qui secundum Thorgils plagipedis vitam, alias Floanorum historiam, Sigmundi, Odini abnepotis filius erat, quas genealogias, quamvis ego pro incertis habeam, antiquos tamen magni fecisse constat. Tertia dictarum odarum sermones quidem deorum, tanquam ex eorum ore fluentes, re-

<sup>1</sup> Udenfor denne og de to følgende linjer står i margen: Hæc mutanda sva s. i Velleklu.

fert, sed rebus qvas recenset se juniorem esse eo simul prodit, qvod omissis qvandoqve illorum effatis ad historicas narratio-nes transeat, ut Abiit Odinus, Intravit Odinus et similia: qvæ verba, non ipsi Odino sed acta ejus celebranti tutò adscri-benda videntur; qvalia et in ipsa Voluspa et memoratarum odarum plurimis passim occurrunt. Non itaqve existimandum, Eddæ auctorem, carmina hæcce tanqvam a diis citata adducen-tem, ea deorum ore fusa, aut diis antiqviora credidisse, sed po-tius ut se vetustiora, in fabularum poeticarum stabilimen, ip-sum allegasse statuendum est. Qvod autem ad odas Havamal, Grímnismal, aliasqve sola deorum effata continentes attinet, eas ab ipsis diis compositas esse inde statim concludere non possum, qvod illos in primâ persona loquentes inducant, magis qvam Danorum et Svecorum reges chronica rythmica Danica et Svecica, qvæ eos simili modo repræsentant. Verisimilius mihi videtur, memoratas odas prosopoeiam continere, deorum per-sonis ab aliquo longe recentiore afflictam; qvod in pluribus ve-terum carminibus fortè observandum, qvæ scriptores, etiam antiqvi, talibus locutionibus decepti, iis de qvibus agunt tanqvam auctoribus adscripserunt. Neqve hanc sententiam evertit, qvod Resenius prolegom. in Eddam Island. et in limine carminis Havamal scribit, illud nempe in solenni convivio, cum Odinus apud Gylfonem Sveciæ regem hospitaretur, tanqvam pro festivo delectamento recitatum esse; nec qvod ipse Eddæ auctor, à Resenii verbis paululum discrepans, Gylfonem Sveciæ regem, sub Gangleri personâ a diis exceptum, hæc carmina fudisse, tanta accusatione memoret, qvanta Feniam et Meniam carmen Grottasaung in molendino Frothonis composuisse perhibet, qvod si diligentius examinetur, antiqvitatem Frothone seqvio-rem statim prodit. Tutissimè itaqve credi autumo, Eddicas hasce ut vocant odas, a deorum cultoribus, immo ut consultissimus antiqvitatum judex Bartholinus Antiqvit. Danic. p. 192 statuit, diversis temporibus ab diversis in eorum laudem compo-sitas, ac postea, cum religio Christiana literarum notitiam secum in Islandiam invexisset, ab aliquo antiqvitatum studioso ex ore hominum istas memoriter tenentium excerptas et ne perirent in librum congregatas esse, qvi qvisnam fuerit, antiqvitates alto silen-

tio prætereunt. Sæmundum illum laborem eapropter minus præstissetis arbitror, qvod ante annum ætatis septuagesimum non fecisse, ex iis qvæ de primis Islandæ scriptoribus superius disserui certum sit, et reliquum ætatis illius conscribendæ Historiæ Norvegicæ vix adeo suffecerit, qvin morte præreptus illam imperfectam reliqverit. Neqve is, ut Gudmundus omni antiquitatum suffragio destitutus scribit, vulgarem, vel qvod ei idem est, Latinam, literaturam primus in Islandiam induxit, nisi Isleifum episcopum (ut illo antiquiores literatos omittam) Herfordiæ, ni fallor Westfalorum,<sup>1</sup> secundum S. Jonæ episcopi vitam et multos alios, a puero eruditum, primisqve episcopatus sui annis, secundum nostrum et plures, scholam in Islandia erigentem, viginti circiter annis anteqvam Sæmundus in Islandiam rediret, literas ignorasse velimus. Nec majori veterum consensu Eddam è runica literatura in vulgarem transcriptam esse asserit, præsertim cum de ullo ejus generis libro, dictâ regia membranâ antiquiore, nemo hodie viventium ne fando qvidem audiverit; ut taceam non sine causâ à multis ambigi, an libri literis runicis conscripti olim in usu fuerint. Sed hinc ad alia progrediamur. Offert sese Edda, ut hodie vocant Snorronis, qvæ cum à nonnullis Sæmundo itidem adscribatur, paucis hic excuti meretur. Arngimus qvidem Crymogeæ pag. 82. illam Snorroni Sturlæo adscribit, quem sequntur Wormius in præfat. chronicæ Norv. Snorronis, et in Syllabo autorum ante Lexic. runic. Stephanus not. in Saxonem pag. 93, Resenius Inscriptione Eddæ Islandorum à se editæ, ubi 1215 conscriptam esse præter cæteros tradit prologem. in eandem Eddam Isl. et præfat. ad carmen Voluspa edit. Hafniæ 1673, et Lexicon Island. Gudm. Andreæ. Ipse tamen Arngimus, in epistolâ qvâdam, à Resenio in proleg. ad Edd. Isl. allegatâ, ejusdem auctorem facit Sæmundum multiscium, variâ ut credere par est relatione distractus: [nisi apud eum postea prævaluisse existimemus Biornonis Jonæ filii de Skardza sibi coævi judicium, qvi in opere de Grónlandia MSto],<sup>2</sup> Snorronem plurimarum rerum apellationes poëticas constituisse, Eddamqve à Sæmundo froda an-

<sup>1</sup> I mærgen står: Erfordia Thuringorum Euphes fuit, dicitur alicubi.

<sup>2</sup> Denne passus er overstreget, men findes i den trykte tekst.

tea conscriptam locupletasse perhibet, ac itaque in Glossario suo juridico et alibi Eddam (quam nunc Snorronis vocant) tum soli Sæmundo, tum Sæmundo et Snorroni (quem similiter frōda vocat) simul sæpius adscribit. Taliū traditionum non ignarus Stephanus, not. in Sax. p. 136, scribit nonnullos Eddæ autorem facere Snorronem Sturlæsonium, alias Sæmundum frode. Non multum prodest vulgares Islandorum opiniones, quæ dictam Eddam hodie non Sæmundo, sed soli Snorroni attribuunt, heic annexere, dum vetustiora desunt testimonia; præcipue cum tam de hoc quam de illo quā Eddæ auctore dubitari possit. Ut autem ad rei veritatem propius accedere detur monendum est, trinas hujus generis membranas, quæ chartaceis exemplaribus originem dederunt, hodie inveniri. Harum una, ex Islandiâ olim in Daniam, ac ē Daniâ in Sveciam iterum translata, Academiæ Upsalensis bibliothecam nunc ornat: de quā videantur Loccenius not. ad Hist. Svecic. ed. Upsaliæ 1662, pag. 3, Hadorphius in Apographo donationis testament. comitis Magni de la Gardie num. XI, Verelius not. in Hist. Hervoræ p. 187. Alteram Upsalensi paulo completiorem (vide Rudbeckii Atlantcam pag. 693, et Bartholini Antiquit. Danic. p. 325) antememorati Brynolfi Svenonii dono possidet rex Daniæ, quam Resenius prolegom. ad Eddam Isl. Bibliothecæ regiæ vendicat. Tertia ad virum nobiliss. Wilh. Wormium<sup>1</sup> pertinet, quartā sui parte prioribus auctior, illā scilicet, quæ sub Scaldæ nomine ab Olao Wormio in Literatura run. sæpius allegatur. Hanc codicis Wormiani partem cum recentiores Islandiæ antiquarii in reliquis binis codicibus abesse viderent, singularem tractatum esse crediderunt.<sup>2</sup> Hanc sæpedictam Eddam locupletiorem olim extitisse volunt Stephanus not. in Sax. pag. 16, ac ibidem ab eo allegati Magnus Olai et Brynolfus Svenonius, quorum

<sup>1</sup> Over disse ord har Arne senere skrevet: ipse possideo. <sup>2</sup> Herefter findes i håndskr. godt og vel fire sider som A. M. selv har overstreget, og dertil føjet bemærkning på en vedlagt seddel: Omnia hæcce aliter se habent. Olaus Hvitaskalld et Snorro Sturlæus de arte poetica quidem scripserunt, quorum tractatus, sed mutilos in membrana possideo et Olai certe est gnome illa Valdemari, puto II. Hæc omnia postea compilavit is qui Codicem Wormianum exaravit, multaque de suo addidit in principio et fine.

primi hæc sunt verba; In primis eum (Saxonem) aliam Eddam antiqviorē videlicet, et fabulosis narrationibus instructiorem habuisse èā, qvam hodieqve tantopere suspicimus et admiramur, nullus ambigo. Scilicet hæc credidit Stephanius eō qvod Saxo de diis multa narraret, qvæ in nostra Eddâ non inveniuntur. Magni Olai ratiocinium tale est, Ex veterum rhythmis, ut etiam apellationibus Asarum nonnullis ac in primis Odini, et aliarum deniqve rerum, apparet, aliam fuisse Eddam antiqviorē, aut volumen fabularum, ab ipsis Asis confectum, aut eorum nepotibus, qvod interierit et cujus hæc nostra Edda aliquale sit compendium; qvia nominum paucissimorum, qvæ Odino ex variis casibus indita sunt plurima, ut Edda profitetur, ex ejus fabulis reddi potest ratio, nec etiam plurium, qvæ ubi occurrunt, appellationum. Non minus à Brynolfo periisse deplorantur ingentes thesauri totius humanæ sapientiæ, conscriptæ à Sæmundo sapiente, et in primis nobilissima illa Edda, cuius vix millesimam partem reliqnam nunc præter nomen habemus, atqve id ipsum qvod habemus omnino fuisset deperditum, nisi Snorronis Sturlonii epitome umbram potius et vestigia, qvam verum corpus Eddæ illius antiqvæ reliqva fecisset. Libere admodum hæc pronunciarunt viri eruditissimi opinione illâ inducti, qvod Septentrio longe ante Christiani dogmatis professionem libros habuerit, qvam ex sinceris antiqvitatibus adstrui posse valdè dubito, contrariam potius sententiam, nempe Septentrionales ante Christianam religionem huc invectam, ne literas qvidem (runas excipio) novisse, utpote non levibus argumentis probabilem pluribus, si loci angustia concederet defensurus. Relatum autem non scriptarum, qvas de rebus tam poëticis, qvam historicis, sedula calluit antiqvitas, bonam partem interiisse, earumqve multas ad Saxonem pervenisce, qvæ nos hodie latent, nemo nisi in antiqvitatibus cæcus, et in Saxonem iniqvus, negabit, fabulas vero poëticas, scriptis antea comprehensas periisse, facilius dicitur qvam probatur. Vixere quidem in Septentrione ante Christiani nominis et literarum notitiam non pauci poetæ,

qvorum permulta carmina adhuc supersunt, sed qvi in operibus suis lepore poëtico condiendis relationes et regulas omni ævo inter poeseos studiosos memoriter conservatas secuti sunt. Non itaqve sæpedictus Eddæ auctor aliam Eddam se antiquiorem in compendium redegit, ut Brynolfus credidit, nec Sæmundinam illam priscam interpolavit, certove consilio ad poesin accommodavit, ut loquitur Stephanus, not. in Sax. p. 93; sed magis, artis poeticæ promovendæ cupidus, omnia qvæ suâ ætate extiterunt carmina diligenter lustravit, indeqve fabulas poëticas solerti acumine decerpsit, relationibus poeticis, ad illius etiam tempora demissis, non raro adjutus; qvæ cum sæpius deficerent, non mirum si non omnia pro posteriorum desiderio explicare potuerit; nec diffitendum, accuratis veterum carminum lectoribus spicilegium adhuc relictum esse, si talibus ingenium exercere usui esset. Unicum tantum exemplum ex Sturlæ Theodori, seculi decimi tertii poetæ, carmine proferam, qvod Haqvini grandævi Norv. regis vita tale nobis conservavit:

Par sigrhlioþ	Ibi victoriæ carmina
syngva knattu	cecinerunt
harþla hvell	admodum sonora
hvorsum munni	acuto ore
i herfaur	in expæditione
hofups manna	principum
Haugna mans	Hognicæ virginis (o: Hildæ Hogni filiæ)
hlyrna disir.	oculorum deæ.

Sensus carminis est sagittas et missilia, qvæ Hildæ oculorum deas vocat, regi victoriam conciliasse, prolixam autem de Hedino, Hogno, et ejus filia Hildâ, fabulam Edda recenset, ex qvâ tamen hæc phrasis neutiqvam explicari potest; prolixius dictam fabulam perseqvitur ipsa Hogni et Hedini vita, ubi additur Hildam bellum inter Hedinum et patrem suum è luco qvodam spectasse, eorumqve prodigiosam pugnam deplorasse, sed neqve inde aliquæ lux obscuræ locutioni mutuari potest. Conjectura itaqve hic valebit, fabulosain inter poetas olim traditionem fuisse, lachrymas Hildæ, in sagittas, bellum Hedinianum

aucturas, transmutatas esse; talia fortē sæpius occurunt, qvorum recensus hujus loci non est.

Anteqvam autem ab hac Edda discessero, de titulo illius pauca annectere libet. Exciderat fere mihi inscriptionem ejus dubiam videri, anteqvam in bina seculi 14. carmina, ubi solum hanc Eddæ vocem offendì incidisem, qvorum prius ab Arnâ Jonæ filio abbate Muncathveraensi in Islandiâ de Sancto Gudmundo compositum, poeticam artem vocat eddulist. Alterum vulgo Lilia dictum, incerti fere auctoris, præcepta poetica eddu-reglur nuncupat. Sed et hinc haud obscure colligitur dictam vocem Eddæ non librum poeticum, sed ipsam poesin vel doctrinam poeticam significare, cum ars metrica longe ante conscriptam Eddam in usu fuerit ac ideo a libro seculo primum 14, ut superius monstravi, composito denominari potuerit. Unde autem poesis ita dicatur non facile est indagatu nec nisi per solas conjecturas expiscandum. Vocem istam in veteri Arctoa lingvâ proaviam significare, verè tradit Gudmundus Andreæ in Lexico Islandico, cui fere consentit Helvaderus in Onomat. etymologico, Edde, ait, in Frisiâ dicitur patris vel matris mater. Hinc Gudmundus librum Eddam, quasi poeseos et paraphrasium matrem, denominatam esse arbitratur; ego vero sæpedictam voculam, præcipue cum librum ipsum, uti mox dictum, non denotare videatur, illuc referre neqve; nec ad Atta, qvod Gothis olim patrem significavit, uti Joh. Resenium voluisse ait P. Resenius prolegom. in Eddam. Isl. Multo minus huc pertinet qvod Helvaderus loc. cit. scribit, Edde — in Livoniâ, (Holsatia, Flandria, Prussiâ, de suo addit Gudmundus) nomen proprium mulierum esse. Neqve Hetha Saxonis grammatici, qvam Gudmundus rectius Eddam vocari finit, cum in Haraldi Hildetanni vitæ fragmento Heiþr dicatur, hue qvicqvam facit, priusqvam scriptores, qvi illam in fabulis mythologicis insigniter peritam fuisse, adeo qve ejusmodi fabulas post se reliqvisse plurimas, asserere traduntur, monstrari possint. Magni Olai, viri alias eruditissimi, sententia, de Eddâ ab edo derivandâ, refutatione non eget; nec plausibilior est etymologia à Biornone de Skardza olim producta, qvod Eddæ ab Odde, Sæmundi multiscii præ-

dio, denominata sit, utpote à Sæmundo, ut ille credidit, cæpta, et a Snorrone perfecta. Metuo autem ne dum ab aliorum conjecturis discedo, ipse ad pejores delabar. Ut vero cum cæteris aliquid et audere liceat, antem memoratam dictionem ab oþr voculâ masculinâ deduco, qvæ sapientiam vel rationem primus significat. Voluspa Oþ gaf Hænir, ɔ: rationem (homini recens creato) dedit Hænerus. Ejusdem originis vocabulum æpi, in neutro genere depromit oða Vafþruþnismal: æpi þer dugi ɔ: sapientia tibi auxiliæ. Hinc cum in poeseos studio maximum olim artificium consisteret, poemata eodem nomine oþr appellata sunt. Theodorus Kolbeini f. in Olai Tryggvonii vita, oþr vex skalldz ɔ: augetur carmen poetæ. Atque ex hac masculinæ vocis oþr significatione vocalam femininam edda idem denotantem prognatam esse reor, cum ex masculinis dictionibus fæmininas ejusdem significationis derivari, in antiquâ septentrionis lingvâ freqvens sit; exempli gr. ab hottr mascul. capitis gestamen fit hetta fæm. idem; à kottr masc. felis mas ketta fæm. felis fæmina, ab hallr masc. lapis, hella fæm. idem et similia. Nec vocalium in oþr et edda diversitas quid impedit, ita enim à kottr, hottr, superius dicuntur ketta hetta: sic a goþr bonus, gæpi, vel ut sæpe scribitur geþi res bona, possessiones: à broþir frater, bræþr vel breþr fratri, dat, à skoþ noxa skeþr nocet, et innumera alia, cæterum þ et dd non raro inter se mutuari, in vocalâ saddr satur appareat, qvam Hymiskvíþa saþr effert, aþr saþir yrþi ɔ: anteqvam saturi fierent. Item Harbarzliop Saþr em ec enn þess, istius etiam numerum satur sum. Similiter à mæþi lassatio venit mæddr fessus: à staþr locus, staddr constitutus, situs: a skaþi damnum, uskaddr indemniss: ab haþ illusio, hæddr illusus: à fapir pater, samfeddr, qvi eundem cum alio patrem habet: et sexcenta alia veteris lingvæ gnaris nimis nota, qvos solos hujuscemusæ conjecturæ judices agnosco, gratias habiturus si quis verisimiliorem produxerit, ipse nec minus, si quando melius erudiri contigerit, ab illa sponte recessurus. Qvamvis autem vocem Edda in prædicto Arnæ abbatis carmine librum ita vulgo nominatum non denotare, probasse mihi videar, attamen ei Eddæ titulum penitus abrogare nolo, etiamsi si aliquantum deprava-

tum esse credam; adeo ut qvi nunc Edda dicitur, olim eddu-  
boc ɔ: poeseos liber vocatus sit, qvaliter et à Biornone de  
Skardza semel allegatum invenio, qvem et forte librum non-  
nulli Scalldaboc ɔ: poetarum librum vocitarunt, unde Scal-  
dæ nomen, qvamvis parti tantum ejus hodie aptatum, provenire  
potuit; non secus ac Originum Islandicarum liber castrato no-  
mine Landnama vulgo dicitur, qvem membranæ Resenia-  
næ inscriptio, et Thorgilsi plagipedis vita Landnamaboc ɔ:  
Terræ (Islandiæ) occupationis librum multo rectius vocant;  
ut reliqva historiarum Islandicarum nomina, veluti sunt Vatz-  
dæla, Laxdæla, Eirbyggia, contra membranarum fidem ni-  
mis inscite detruncata, præteream, pro qvibus Vatzdæla saga,  
Laxdælasaga, Eirbyggia saga ɔ: Vatzdalensium etc. hi-  
storia omnino reponi debent. Eddicis hisce Sæmundi, nominis  
occasione nimis forte prolixè explicatis, annales succedunt ab  
ejusdem Sæmundi fundo Odda annalar ɔ: Oddenses anna-  
les, vel ut aliis placet Oddveria annalar ɔ: Oddensium an-  
nales vulgo dicti, qvi in chartaceo exemplari, mihi ex Islandiâ  
transmisso, ab initio mundi incipiunt, ac in anno Christi 67 de-  
sinunt. Tractant autem antiquissima regnum Hebræorum, As-  
syriorum, Persarum, Græcorum, Latinorum, et omnium ferè  
nationum primordia, ac regnantium apud varias gentes seriem  
tradunt, vitas insuper clarorum virorum, aliasqve memorables  
res non raro adjungentes; hos annales Sæmundum multiscaum  
ex lingua Latina in Islandicam, qvā scripti sunt, convertisse, in-  
scriptio claris verbis asserit; clausula vero eundem illos Latinè  
composuisse, ac alium aliquem Islandicè postea transtulisse,  
non leviter innuit. Sed qvales nunc sunt, Sæmundum nec La-  
tinè, nec Islandicè confecisse certum est, cum ex pluribus se an-  
tiquioribus consarcinatos esse ex ipsis clare liqueat; et qvidem  
nuper passim interpolatos satis evincit stylus passim plane re-  
cens, et omnium luculentissimè illa, qvæ ad annum mundi 3513  
habent, Græciam scilicet ob bella inter Laconas et Athenienses,  
non secus ac Islandiam ob dissidia inter Ogmundum et Jonam  
episcopos libertatem priscam amisisse. Accedit qvod Danum  
anno mundi 2598 Daniæ, et Magogum ca. a. m. 1800 Sveciæ pri-  
mos reges faciant, eorumqve successores ex mente Saxonis, et

Joh. Magni, proferant, qvæ à nupero qvodam superiori seculo assuta esse non ignorare potest qvi antiquis Islandis de Daniæ et Sveciæ regum catalogo cum dictis scriptoribus non convenire novit. Interea tamen fatendum, multa in his annalibus reperiri, qvæ non ita qvidem elaborata esse dictio non nova arguit; hæc an Sæmundus scripserit necne, ex tacentibus antiquitatibus nihil concludi potest: qvod non fecerit, argumento ab ætate illius desumpto superius probabile reddidi. Qvicqvid sit negari non potest, eorum auctorem suo tempore docti nomen meruisse, qvamvis hæc, cum cæteris dictis annalibus contentis, omnino sint indigna qvæ hodiè legantur. Nihil itaqve de dictorum annalium antiquitate dicendum habeo, nisi qvod illorum exemplar, æqvè ac hoc interpolatum, Biornoni de Skardza ad manum fuisse ex opere illius de runis scripto 1642 videam, ubi eos allegat ac citra ullum ex antiquitate productum testimonium à Sæmundo compositos esse dicit. Ejusdem Sæmundi annales indigitat Runolphus Jonas in antememoratâ sua disputatione, ubi ex Annalibus Oddverianis (ut ille vocat) A. S. F. (o: auctore Sæmundo froda) refert Norvegorum familias anno 874 Islandiam primum occupare cæpisse. Cum autem meum exemplar, uti antea dictum, annum tantum Christi 67 attingat, illud, qvo hic usus est, completius fuisse oportet; nisi, qvod magis credo, allegata hæcce, qvippe in omnibus Islandorum annalibus occurrentia, ex alio qvodam exemplari desumpserit Runolphus, qvod Sæmundum, virum inter Islandos nimis celebrem, confecisse forte existimavit. Ad præscriptam Runolphi traditionem, ni fallor, respexit Gudmundus, dum præfat. in Voluspa edit. Hafniæ 1673, et ex eo Resenius præfat. ad Lexic. Isl. Gudmundi Andreæ, Sæmundum annales sev chronicon ab orbe condito usqve ad sua tempora conscripsisse asseruit. Illum vero descendit gratiâ in Germaniam transiisse, Coloniæ ad Mœnum (corrigere Rhenum) gymnasium triennio freqventasse, Lutetiæ Sæmundum adolevisse scribit Brynolfus in conjectaneis in Saxonem, in Islandiam reducem scholam qvalemcunqve in prædio suo erexisse, literasqve docere cæpisse, nec non mox dictum chronicon Latinis ut plurimum literis exarassem, cum runica tantum literatura antea in usu fuerit, literamqve ex runicis (p intelli-

git) necessariò retinuisse, ac ne illius usus et valor peculiaris ab idiomaticis commoditate periret, alphabeto Latino ad finem subjunxisse, qvæ loc. cit. memorat Resenius, et Gudmundus et Runolphus Lingvæ Sept. El. assertion. 3. Islandorum relationes magis qvam vetusta documenta ei subministrasse puto. Illa autem qvæ de Sæmundi à magistro suo discessione ibidem tradit, magistrum nempe illum in patriam revertere volentem summo-perè tardasse, tum qvod sqvalidam illam terram tam perito viro omnino indignam æstimaret, tum qvod ingeniosa ejus operæ ipse frui desideraret, Sæmundum vero à magistro arte eluso se avulsisse, tandemqve eluctantem solum vertisse, ex Biornonis de Skardza antedicto opere runico fideliter desumpsit, is vero eadem extraxit ex insulsâ fabulâ, qvibusdam S. Jonæ vitæ exemplaribus insertâ, qvæ Sæmundum maternam lingvam, non menqve suum, ac omnia qvæ in patriâ egerat oblitum fuisse perhibet, Jonæqve episcopo, in peregrinatione Romanâ constituto, obvium factum, Kolli nomen, à magistro scilicet inditum, professum esse, Jonam autem divinitus edoctum eum novisse nomenqve genuinum ac res in pueritiâ peractas ei in memoriam revocasse, utrumqve deinde, absente magistro, discipulum alias dimittere nolente, fuga abiisse; hunc vero ex astrorum inspectione de abitu eorum certiorem factum, illos continuò secutatum fuisse, Sæmundum autem magistri iter simili peritia ex astris videntem, calceum aqvâ refertum capiti suo imposuisse, qvo stratagemate magistrum, cælum rursus speculantem, elusum, discipulum suum aqvis submersum credidisse, sed mox dempto calceo, reiqve veritate ab astris compertâ, eos iterato insecurum esse, usqve dum Sæmundus calceum sangvinis plenum capiti suo denuò superimposuerit, qvâ mutatione in cælo visâ, magistrum, quasi de discipuli nece certum, domum rediisse, Sæmundum autem cum Jonâ evasisse. Puderet aniles hasce nugas adscribere, nisi partem earum alios in Sæmundi vitâ antea tetigisse viderem. Decrescente enim apud Islandos antiquitatum notitiâ, tanta invaluit Sæmundiani nominis celebritas, ut qvic-qvid in iis doctè, qvicqvid accuratè elaboratum fuerit, illi ferè sine ulteriori disqvisitione adscribi consvererit. Qvibus famæ viribus inter plures obrutus antedictus Biorno de Skardza, in

opere suo runico Sæmundi labores historicos nimis celebravit, suisqve inibi positis verbis Thormodo Torfæo, viro in antiquitatibus hodie versatissimo, illa, qvæ ex ejus Serie regum Daniæ nobiliss. allegat Bartholinus Antiqv. Danic. pag. 192, scribendi ansam dedit. Sæmundus, verba sunt Torfæi, ab eruditione Frode cognominatus, cum esset vir raræ reconditæqve doctrinæ, et magnæ experientiæ, ut qvi in illustrissimis Germaniæ et Italiæ scholis et academiis à puerò enutritus, (nam novennem patria discessisse constat) admodum ægrè ab episcòpis et doctoribus patriæ tantum virum invidentibus dimissus, omnibus omnium seculorum historiis, qveis ulla borealium, præsertim trium horum regnorum, Daniæ, Norvegiæ et Sveciæ, et bona ex parte Germaniæ et Angliæ memoria continebatur, fideliter perlustratis, immensa volumina singulari solertia confecit, è qvibus temporum injuria et perdita posteritatis negligentia pauca nobis reliquit: Sed tamen unde præcipuorum dynastarum, qvi tribus hisce regnis præfuerunt, series, et aliquivalis etsi non absoluta historia possit haberi, tum certa epo-cha ex antiqvitus prostantium saniorum monumentorum consensu et harmoniâ clarè demonstrari. Hæc Torfæus Biornonem ferè secutus iuvenis scripsit, qvæ qvod hic commemoraverim, illum prò candore suo æqvè laturum confido, cum in ejus offensionem ne verbum qvidem dictum velim. Sed de Sæmundo disserendi heic tandem finis esto, cui verè contigerunt illa poetæ:

Omnia post obitum fingit majora vetustas,  
majus ab exeqviis nomen in ora venit.

## II.

### DE GOTHICÆ LINGVÆ NOMINE.

In fronte historiæ Gothrici et Hrolfi, Thorsteini Vikingii, Egilli Unimani, et similium librorum in Svecia editorum, exstat, eos lingva antiqua Gothicæ conscriptos esse. Id vero neutiqvam recte a Svecis factum est, eo, ut videtur, proposito, ut Islandorum libros hac ratione sibi cum tempore vindicare qveant, tanqvam apud se in Svecia primum conscriptos. Et certe id ex Reenhielmii verbis satis apparet, ubi audacter asserit, Norvegos illos, qvi seculo nono sedes in Islandia fixere, istiusmodi libros secum eo transtulisse, qvo suo asserto veritati vim facit Reenhielmius, cum ante memorati libri omnes in Islandia ab Islandis conscripti sint, et qvidem longo tempore post primordia reipublicæ Islandicæ. Islandicum itaqve vocandum erat idioma, qvod Svecis Gothicum antiquum appellare libuit. Licet enim verisimile et probatu non difficile sit, antiqvos Sveonas et Gothos (Ostrogothos et Vestro-Gothos intelligo, qvi medii inter Svecos et Norvegos habitant: illorum enim Gothorum, qvi Græciam et Italiam afflixere, qvalis sermo fuerit, nondum satis constat) eandem locutos esse lingvam, aut certe parum dissimilem ei, qvæ in vetustis Islandorum libris legitur, nihilo tamen minus hæc positio nondum (quantum scio) argumentis adeo roborata est, ut universo orbi eruditio de ea constet. Et qvicqvad illius fuisse, nihilominus non nisi admodum improprie antiqvo Gothicō sermone conscripti dicuntur, qvi, ut ante dictum est, Islandica dialecto

<sup>1</sup> Efter Gunnlaugssaga, udg. 1775, fortalen s. 278—79, jfr. Jón Ólafssons afskrift »ex autographo« i AM 436, 4º.

in Islandia ab Islandis sunt exarati. Satius itaqve fuisse Islandicum nomen comprehenso iis idiomati conservare, ac de cetero (ut id qvod volunt obtineretur) idoneis monstrare argumentis, Islandicum hocce idioma idem esse cum eo, qvo locuti fuerint antiqui Gothi, et contigui eorum Sveones; adeo ut qvi vetustum Svecicæ gentis idioma (hodie non parum ab origine depravatum) nosse desideraret, non alio labore opus haberet, qvam ad vetustos Islandorum libros se recipere. Hæc, inqvam, rationibus confirmanda erant, ast Islandicum idioma cum vetusto Gothicō absqve argumentis non confundendum. Ceterum hæc disputatio paulo forte laboriosior videbatur, nec forsitan propositum fuit hæc mundo persvadere (licet id alias credi velint), qvam alterum illud, nempe libros hosce, revera Islandicos, Svecos esse, et vetustorum Sveciæ scriptorum fætum esse. Et quantum ad memoratam thesin attinet, id certum est, Svecicum et Islandicum idiomata non parum dissimilia fuisse tempore, qvo Islandi hos libros ediderunt. Nec binæ hæ dialecti penitus similes fuere ab eo tempore, qvo Sveci lingva sua vernacula in scriptis usi sunt, id qvod utriusqve gentis monumenta abunde commonstrant. Nec approbationem merentur ipsi Islandi, qvi idioma suum non raro Norvegicum s. Norrænu (forte septentrionalem lingvam indigitare volunt) appellant, licet id proprius a vero absit, cum Islandi revera sint Norvegi. Ceterum vitandæ sunt confusiones nominum in cognatis rebus. Et dialectus Norvegica, qvæ hodie viget, admodum dissimilis est idiomati Islandico, et diu est, ex qvo binæ hæ dialecti ab invicem dissidere cœperunt. Septentrionis idioma veteres generali nomine Danicum dixerunt, neque id distincte satis.

### III.

## ANNOTATIONES ALIQVOT DE LINGVIS ET MIGRATIONIBUS GENTIUM SEPTENTRIONALIUM.<sup>1</sup>

Gentes qvæ in Septentrionalia Europæ ex Orientis partibus ante multum tempus migrarunt (qvi nunc sunt Germani, Sveci, Dani, Norvegi) sese in duas partes divisisse videntur: una Germaniam occupavit progenuitqve cum tempore inferiores Germanos, Jutiæ incolas, (Cimbros), Belgas etc., qvi omnes primum suorum parentum idioma paulatim corruerunt. Theutobocus Cimbrorum rex ipso nomine vel Germanus est. Nec ullo argu-  
mento probari potest, Cimbros Danicum idioma (qvod postea sic dictum est) locutos esse. Imo Juti, qvi in Angliam migrarunt, germanicæ originis esse videntur, lingvâ qvam secum devexe-  
runt id indicante (a).

Altera immigrantis populi pars in Sveciam migrasse videtur, hinc in Scaniæ, Uplandias, Norvegiæ totam, atqve ex his ter-  
ris expulisse incolas, qvi ante hanc immigrationem terras istas incoluisse videntur. Hos Finnos, vel similem gentem fuisse ve-

---

(a) Credi poterit Germaniam tunc temporis non fuisse omni ex parte vacuam, sed Slavonicæ originis nationibus habitatam, præsertim qvoad Septentrionalia et Baltici maris oram; per-  
pendatur tamen ulterius.

<sup>1</sup> Disse »annotationes« er her trykte efter originalen i AM 228, 8vo, hvor dog ingen titel findes. Den er tagen fra Jón Ólafssons afskrift i AM 436, 4to, hvor det hele deles i tre scheidæ, af hvilke den første er den som her trykkes sidst.

risimile est. Atque ex eorum lingua videntur nomina locorum desumta, quae nostro idiomati dissimilia sunt: ut Skani, Oslo, Biorgyn, imò Noregr, Borgund, Hítrar et sexcenta (β).

Tandem ex Scania in Insulas Danicas migratio facta esse videtur, indeque pristini incolae exacti, quos Slavonicæ originis fuisse putarem. Qvicquid illius sit, istorum non Danici idiomatis sunt: Erri, Falstr, Mön et similia. Haec migratio post Christi nati tempora facta esse videtur. Mela enim insulas Teutonum nominat. A verisimili non abludit, gentem hanc, quae Septentrionem implevit, et in insulas Danicas migravit, Danos in continente dictos fuisse, atque inde esse quod idioma suum Norvegi, florentibus adhuc rebus eorum, Danicum vocarint. Postea ex insulis Danicis in Jutiam transfretasse videntur terramque illam, profligatis prioribus incolis (Germanis, Cimbrorum reliquiis), occupasse; quod forsitan \* seculo V. cadente; tunc enim Danorum nomen celebre fieri coepit, et a Procopio et Gregorio Turonensi primum (nisi fallor) nominatur.

Quae de Dano rege Islandi dicunt, examinari merentur.

Quae de Odini immigratione partim falsa sunt, partim confusa, omnia incerta.

NB. Orcadum nomen Norvegicum esse videtur, et tamen antiquissimum, nisi forte Norvegi ex vetusto Orcadum nomine suum Orkneyar finixerint, veluti annœkia, akrs bork,<sup>1</sup> Jorsaler, quod et admodum credibile est.

Gentes illas, quae in Italiam et Hispaniam migrantibus Latinam linguam corrupræ, Germanicas fuisse, non vero è terris magis ad Septentrionem vergentibus, argumento est, quod illæ articulum præpositivum invexerint et verba passiva eliminaverint; hoc enim Germanis proprium est, contrarium vero Septentrionis idiomati.

Quod è Scanzia istos populos Scriptores deducant, parum

---

(β) Non secus ac Saxonie incolae in terra sua Wendica nomina retinuere: Lipzc, Meissen, Dresden, etc.

\* Imò prius, Joti enim 449. in Angliam transmearunt.

<sup>1</sup> Sål.

ponderis habet; neqve enim Scriptores isti scivere ubi sita esset ista Scanzia, sed terram maximè Septentrionalem ita dixeré, non secus ac alii eorum Septentrionis qvamqve extremitatem Thulen appellarunt, et Græci qvicqvad terrarum ignorabant, Scythas et Celtas dixerunt, nos qvoqve Tataros et Tatariam dicimus omne illud, qvod in istis tractibus distinctiori nomine apud nos caret.

Potuere tamen nonnulli e Septentrionalibus populis examini isti interesse, et id de Scanzia famam peperisse.

An Scaniæ nomen et Scanzia vel Scandinaviæ ejusdem sint originis non satis constat. Non tamen a verisimili abludit Scaniæ nomen ab hac vel simili voce originem sumsisse. Certe alteri qvam Danicæ lingvæ originem debere videtur.

Lingva, qvam nunc loquuntur Finni intra et supra Finnlandiam Sveciam, et Finni Finnmarchiæ incolæ, videtur fuisse ea, qvæ olim ante Norvegorum adventum in Scandinaviâ (ɔ: toto illo tractu, qvem Romani scriptores sic vocant) in usu fuerit. Gens ista Finnica, unâ cum idiomate suo, eidem fato succubuisse videtur ac Cambri in Britannia et Cantabri in Hispania. Nempe illam in extremum angulum trusit gens illa, qvæ aliunde, absqve dubio, influens, Norvegiæ et Sveciam nunc incolit, unde et insulæ Danicæ suos incolas indubie acceperunt. Norvegiæ nomen facile inducor ut credam antiquius esse inundatione illâ, et itaqve Finnicum: Adeo enim maturè ad Plinii aures pervenit, qvi Nerigon insulam memorat, in oceano Boreali sitam. Nisi Nerigon Næriki sit in Sveciâ.

## IV.

### OM EN INDSKRIFT PÅ ET GAMMELT ISLANDSK DRIKKEHORN.<sup>1</sup>

#### 1.

Dn. Magnæus . . . legit:

Kong Olafvr krisna  
trv kendi lidvm þ . . .<sup>2</sup>  
vi havlldvm hans a  
ller hornil nv mel h  
eidre og snilda . . .

Hæc, ait [AM], ita lego et explico: Kong, Rex, Olafur, Olaus (Sanctus, qvi obiit an. 1030.), krisna, lege kristna, Christianam, tru, fidem, religionem, kendi, docuit, lidum, populis (NB verbum ken na, docere, apud Islandos Dativo jungitur; itaqve hic populis, non populos, scripsi) þ<sup>2</sup>. vi, qvænam hic vocula substituenda sit, parum constat; sensus tamen convenit þarvi,<sup>3</sup> utilis, fructuosus. Non enim commodum<sup>3</sup> subditis suis adferre potuit rex Olaus, qvam eos ad veri Dei notitiam perducere. Haullum, teneamus, vel celebremus, hans, illius, aller, omnes, hornil, lege omnino hornit, Cornu vel poculum, nu nunc, mel, lege omnino med, cum, heidre, honore, og, et, snilda, elegantiarum, . . . Hic qvoqve ad complendum rhytmum vocula deest, qvæ, si de priori recte conjectura facta sit, melior inveniri non potest, qvam starfi, opere, ut snilda starfi hic ponatur pro decenti cōporis gestu, vel qvavis alia reverentia, tam sacro poculo debita. Rhytmus ita ordinari debet:

<sup>1</sup> Efter Nova literaria maris Baltici 1701, s. 62. <sup>2</sup> Trykt P. . . . <sup>3</sup> Her synes majus at mangle.

*Kong Olafur kristna tru  
kendi lidum þarvi,  
haulldum hans aller hornit nu  
med heidre og snilda starfi.*

Literæ, qvæ caudam in circulum ambeunt, hæ sunt: Hverhiero. Nullum illæ sensum admittunt, deficientibus, qvæ sensum complere debebant, verbis. Alias h ver qvisqvis est, et hier hīc. Sex illæ areolæ, qvæ secundum longitudinem caudæ tenduntur, has literas sustinent: dr ek ie ri ed af; has ita explicò: Drekie, pro drek id, bibite; ried, pro riett, rite; af, ex ; i. e. Ebibite penitus.

## 2.

## IN CORNU

DOMINI JACOBI DE MELLEN, PASTORIS LUBECENSIS<sup>1</sup>

Ofanum:

Ion Magnusson.

ofanyfir nafnenu:

1615. sed recentior esse videtur hæc sculptura.

Kong | Olafur | krisna<sup>2</sup>  
 tru | kendi | lidum | þu<sup>3</sup> [parui]  
 vi | haulldum | hans | a i<sup>4</sup>  
 ller | hornil | nu | mel | h  
 eidre | og snilda<sup>5</sup> . . [starui]

Sancte Olavus Rex Norvegie  
 Karolus Magnus R.  
 Constantinus magnus Cesar.

Olafur konungr helldur ä öxi i hægre hende, i vinstre ä hnetti med kross ofan ä. Hann situr i häsæte, og er under hans fötum koronadur dreki eda þvilik ökynd med manns andlite.

Constantinus situr i häsæte, helldur ä sverdi i hægri hendi, sceptro i vinstre. Under hans fötum er kronud okynd, med

<sup>1</sup> Efter AM 670 h, 4<sup>o</sup>. <sup>2</sup> na underprikket. <sup>3</sup> u ligeledes. <sup>4</sup> ligel. <sup>5</sup> a ligel.

manns andlite, og alata: ofan á huerrar hrygg stendur globus cum cruce.

Carolus situr i hasæte, med sceptrum in dextra, globum cum cruce in sinistra. Under fötum hans liggur draco alatus, hann hefur eigi manns andlit.

HVERHIERO  
circumcirca.

DR	}	ä kóntunum á stiklinum.
EK		
IE		
RI		
ED		
AF		

V.

CHRONOLOGIA  
POSTREMORUM NORVEGIÆ REGUM EX  
STEMMATE HARALDI PULCHRICOMI  
svo mikið sem þjena kann til rem diplomaticam.  
Auctore Arna Magnæo, Archivi Secretario Regio,  
(1710 i Februario).<sup>1</sup>

Eptir Hákon gamla, sem dó í Orkneyum tók við ríkisstjórн i Noregi Magnús lagabætir. Hann hafði að lifandi föður sínum við kóngsnafni tekið, sem ljóst er af sögu Hákonar, stjórnaði og Noregi frá því faðir hans fór úr landi og til þess lát hans frjettist til Noregs. En sú ríkisstjórн var ei nema *vicaria, regia tamen et plena*.

Anni regni Magni lagabætirs byrjast í Martio 1264, og hlaupa svo frá Martio til Martium.

Nota. Það er generale, að ríkisstjórnarár kónganna byrjast ei med Calendis Januarii eins og Anni Christi, heldur byrjast þau á die Coronationis, hvenær sem hann innfellur, og endast að jafnleingd, og því þarf altið grant að vita diem Coronationis og vandlega að gá að die datorum í brjefunum þeim, sem alleina reiknast við annum imperii, því annars verður opt villa um eitt ár. En þennan diem Coronationis þessara síðustu kóniga vitum vær eigi glögt, og því verður þetta þessa bágara, nema þar vær höfum multitudinem diplomatum, og kunnum svo að bera það eina saman við annað.

Um Magnus Lagabætir er ekki margt hjer að tala, því vær

<sup>1</sup> Efter AM 1016. 4º, og Samlinger til det norske Folks Sprog og Historie, II. bd. s. 124 ff. Retskrivningen er moderniseret.

höfum enga þá rjettarbót frá honum, sem critisera þurfi um árstal á.

Magnus rex obiit 1280. 9 Maji. Honum succederaði Eirikur, ungar að aldrí (vide Martini et Honorii paparum áminningarbrjef til Eiríks kóngs), bar þó kóngsnafn að lifandi Magnúsi nokkur ár (vide Hirðskrá).

Anni imperii Eiriks byrjast (svomikið sem eg enn hefi af documentum ráðið getað) paulo ante medium Maji 1280, og endast svo annus primus imperii illius paulo ante medium Maji 1821.

Meðan Eirikur lifði, hafði Hákon, bróðir hans, hertuga nafn, hvert faðir þeirra gaf honum að sjer lifanda, undir eins og Eiríki kóngsnafn (vide Hirðskrá). Samt sem áður hefur hann í sinum brjefum byrjað sína annos imperii paulo ante medium Maji 1280, og endast svo fyrsti vetur hans hertogadæmis paulo ante medium Maji 1281, eins og anni regni Erici, nempe: þeir hafa báðir byrjað sína annos frá þeirri solennitate, sem haldin hefur verið við þeirra stjórnaruppþyrjun að föðurnum látnum, en slept hinum öllum tímunum, sem þeir höfðu titlana borið regnante patre Magno. Og verður þetta nóglega bevisað með norskum brjefum, sem oflangt verður hjer að innfæra eða til gagns úr að excerpta.

Pessir tveir braður hafa þess á milli, sjerhver i sinn stað, gefið út aðskiljanleg brjef, sem nóg eru til frá hverum tveggja útgesfin til ýmisra i Noregi. En hingað man eg eingin komin frá Hákon i hertoga alleina. Eiriks eru hjer nóg. Stundum hafa þeir junc-tim brjef útgesið og á eg fragment framan af einu, skrifuðu circa annum 1283 til sýslumannna og handgenginna manna i Islandi, viðvíkjandi staðamálunum biskupa við leikmenn, og standa framan í brjefinu beggja þeirra nöfn Eiriks Noregs kóngs og Hákonar hertoga, sona Magnúss kóngs. Sömuleiðis standa þeir háðir framan í þeirri samþykkt, sem þeir gjörðu við Jörund erkibiskup um það, að forn kristindómsbálkur skal standa um tiundargjörðir, fjársektir etc. (er að skilja i Noregi, því brjefið er ei hingað gefið), og er sú sama samþykkt dáteruð í Björgvin 7 nótum fyrir hvítasunnu á xi. ári rikis vors (segja þeir), það er 14. Maji 1290. Því páskar komu það ár 2. Aprilis, hvítasunna

21. Maji, og er þetta brjef merkilegt til að upplýsa þessa æram. *Pví annus undecimus regni horum dominorum er sine contradictione partur af annis 1290—1291.* Vildi menn nú segja það kynni dáterað vera 1291, þá er að observera, að anno 91 komu páskar 22. Aprilis, hvítasunna 10. Junij. Nú er það indubium, að æra þeirra byrjar í Majo, svo að ef brjefið skyldi dáterað vera 1291, þá væri þessi dagur, sem i því stendur (7 nóttum fyrir hvítasunnu) 3. Junij, hver aldrei getur á þessu ári (91) concilierast við annum undecimum regni, heldur fellur inn í xij<sup>mum</sup> regni.

Eirikur kóngur dó 1299, 13. Julij. Að honum liðnum hefur Hákon, bróðir hans (sem að honum lifandi hafði hertogi verið, en varð nú kóngur) byrjað nýa æram. Og hefst *annus primus regni illius 1299*, þann 1. Novembri, en endast 1300, *ultimo Octobris*. Hákon kóngur andaðist 1319, öndverðlega í Majo, *medio circiter regni sui anno xx<sup>mo</sup>*.

Um initia annorum regni Magnúss Eiríkssonar (dóttursonar kónigs) er eg ekki öldungis viss, því eg hefi ei mörg document fá kunnað, sem þetta nóglega upplýsi. Það er víst, að *annus primus regni illius* byrjast anno Christi 1319, post initium Julij. Og svo þykist eg ráða kunna af documentum, sem eg sjeð hefi, að hann muni byrjast ante Septembrem eiusdem anni. En á hverjum degi Julii eða Augusti hann byrjast, það get eg eigi skilmerkilegar sagt að þessu sinni.

Pessi Magnús Eiríksson, Noregs og Sviarikis kóngur, gaf syni sínum Hákoní (ungum herra) kóngsnafn yfir Noregi 1343 á Varðbergs sloti in festo Assumptionis Mariæ. Og hefi eg sjeð originalbrjef hjerum, undir nöfnum og innsiglum bestu manna í Noregi, sem þessa hans gjörð samþykkja. Stendur þar í brjefinu, að Magnús kóngur hafi á sömu leið gefið Eiriki, syni sínum þeim eldra, Sviariki, áður en þetta brjef er gjört. Þar stendur og inni, að Noregs og Sviarikis ríkja ráð skuli siðan samankoma og consultera til samans um eitt og annað þessu efni viðvígjandi.

